UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# De Vita Et Honestate Canonicorvm, Et Aliorvm Ecclesiasticorvm Specvlvm

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

Libri quinti capitum argumenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63733

Visual Library

SPECVLI

# CANONICORVM

## ET ALIORVM ECCLESIASTICORVM, DE VITA, ET HONESTATE, QVAM IPSI SECVlaribus negotiis ſe immiſcendo, vel res eccleſiæ debitè alienando, in vilitatem, & contem deducunt.

## Liber qvintvs.

*Mercatura, & negotiatio clericis eſt interdicta.*

### CAPVT PRIMVM.

QVIA SS. Tridentina Synodus inter alia ſtatuit [a]: vt quæ à ſummis Pontificibus, & à ſacris conciliis de clericorum vita, & honeſtate, necnon ſecularibus negotiis ab ipſis fugiendis copioſè salubriter ſancita fuerunt, eadem in poſterum iiſdem pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarii imponendis, obſeruarentur; commodum ſanè, & opportunum fuerit, de hiſce fugiendis, & quæ illa præcipuè ſint, dicere. Nam clericis horum fuga multis rebus ad honeſtatem, tum parandam, tum conſeruandam plurimum conducit. Inprimis autem omnis negotiatio, ſeu mercatura, quæ eſt de rebus ſecularibus vilius, & carius diſtrahendis, clericis interdicitur [b]. Negotiatores enim illi abominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt merces ſuas, plus periuriis onerando, quàm pretiis. Tales eiecit Dominus

a *ſeſſ. 22. de reform. cap. 1.*

b *c. canonum. 14. q. 4. & c. quid eſt. diſt. 88.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[te]mplo dicens[a]: Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis[b]. Vnde D. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum ſcribēs[c]: Negotiatorem, inquit, clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. Corrumpunt bonos mores confabulationes peſſimæ. Tu aurum contēnis, alius diligit; tu calcas opes, ille ſectatur: tibi cordi eſt ſilentium, manſuetudo, ſecretum; illi verboſitas, attrita frons; cui nundinæ, fora placent, & plateæ, ac medicorum tabernæ. In tanta morum diſcordia, quæ poteſt eſſe concordia? Antequam eccleſiaſticus quis ſit, licet ei negotiari; facto iam nō licet, vt D. Auguſtinus cenſet[d]. D. verò Ioannes Chryſoſtomus[e], non modò clericos, ſed & omnes Chriſtianos ab huiuſmodi mercatura abſtinere voluit: Eijciens enim, inquit, Dominus vendentes, & emētes de templo, ſignificauit, quia mercatura nunquā poteſt Deo placere, & ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator: aut ſi voluerit eſſe, proijciatur de eccleſia, dicente Propheta[f]: Quia non cognoui negotiationes, introibo in potētias Domini. Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos, volens ambobus placere, ſine alloquio mali eſſe non poteſt; ſed neceſſe eſt, vt iſti malè loquatur de illo, & illi malè de iſto: ſic mercator ſine mendacio, & periurio eſſe non poteſt. Sed ſubſtantia talium ſtabilis eſſe non poteſt: neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim ſi triticum, aut aliud [illegible] cernas in cribro, dum huc & illuc iactatur, omnia grana paulatim deorſum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet, niſi ſtercus: ſic de ſubſtantia negotiatorum nouiſſimè nil remanet, niſi ſolum peccatum. Sed omnes videntur eſſe mercatores. Oſtendam ergo quis non eſt negotiator, vt qui talis non fuerit, eum intelligas eſſe negotiatorem. Quicumque rem cōparat, non vt ita integrā, & immutatā vendat, ſed vt materia ſibi ſit inde aliquid operādi, ille nō eſt negotiator. Qui verò rem comparat, vt integram, & immutatam vendendo lucretur: ille eſt mercator, qui de templo Dei eiicitur.

Et huic ſententiæ D. Auguſtinus de propheta Dauide loquens his verbis ſubſcripſit[g]: Si iſte propter

a *Ioan. 2.*
b *d. c. quid eſt.*
c *& in c. negotiatorem. d. diſt. 88.*
d *in lib. de diuerſ. quæſt. cap. 127.*
e *hom. 38. in Matth. cap. 21. & in c. eiiciens diſt. 88.*

*Quid Chriſtus deſignauerit eiiciendo mercatores de templo.*

f *Pſal. 70.*

*Quis negotiator ſit vel non ſit cenſendus.*

g *in pſal. 70. & c. quoniam. diſt. 88.*

aſſiduam laudem Dei dicit; Quia non cognoui nego-
tiationes, non negotientur Chriſtiani. Sed ait ne-
*Negotiatoris excuſatio & defenſio.* gotiator: Adfero ex longinquo merces, merce-
boris mei vnde viuam peto. Dignus eſt enim merce-
rius mercede ſua. De mendacio & de periurio
non de negotio. Ego enim cũ mentior, non nego-
Nam poſſum dicere; tanti emi: ſed tanti vẽdam
cet eme. Quomodo ergo reuocas me à negotiatione
*Omnes artifices mentiũtur.* Omnes artifices mentiuntur, ſutores, agricolæ. V
optem carum tempus, vt poſſim vendere
quam ſeruaui? Sed hoc non faciunt boni agricol
quit) neque illa boni negotiatores. Eſt peccatum
re filios; quia quando eis dolet caput, matres
quærunt eis ligaturas ſacrilegas, & incantationes
nia iſta ſunt peccata hominum, non rerum. Quan
(ipſe dicit mihi negotiator) quomodo Pſalmiſta
*a Pſalm. 70.* telligas [a]; & noli me prohibere à negotiatione.
*Negotiatio ex ſe non eſt mala.* tiatio enim me non facit malum, ſed iniquitas
mendacium meum. Quæramus ergo negoti
qui præſumunt gloriari ex ſuis operibus, ſi
illam gratiam, quam hic Pſalmiſta commendat
mo de ſuis operibus gloriatur. Et ſicut contra
*b Pſalm. 70.* ſuperbè pollicitantes ſalutem vigilat hoc quod
*c Pſalm. 50.* eſt [b]: Tota die ſalutare tuum: Sic contra negot
*d Ioann. 2.* operibus ſuis gloriantes, vigilat hoc quod dictum
*e d. c. quoniã. diſt. 88.* Os meum annuntiabit laudẽ tuam. Vnde & Domi
eiecit eos de tẽplo [d] volentes ſuam iuſtitiam ſtatuere
*Negotium vnde dictum.* ignorantes iuſtitiam Dei. Meritò dictum eſt [e] negoti
*f epiſt. 90. ad Ruſt. & in ca. qualitas. de pœnit. diſt. 5.* quia negat otium quod malum eſt: neq; quærit
quietem, quæ Deus eſt. Quia vt B. Leo Papa
Difficile eſt inter ementis, vendentiſque conſ
non interuenire peccatum.

*g lib. 3. offic. cap. 9.* Et D. Ambroſius [g]: Nihil, ait, deformius, quàm
lum habere amorem honeſtatis, & vſu quodam
neris mercaturę quęſtu ſolicitari ignobili, auaro
re corde, diebus ac noctibus inhiare in alieni detrimentum
patrimonij, non eleuare animum ad honeſtatis
rem, non conſiderare veræ laudis pulchritudinem.
nimo cenſore Cicerone 3. offic. lib. improbi eſt
linquere honeſtatem propter vtilitatis magnitudinem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Huc pertinet & illud Gelaſij Papæ Epiſcopis per Lucaniam conſtitutis ſcribentis[a]: Cōſequens eſt, vt illa quoque quæ de Picenis partibus nuper ad nos miſſa relatio nunciauit, non prætereunda putamus, id eſt, plurimos clericorum negotiationibus inhoneſtis, & turpibus lucris inhiare, nullo pudore cenſentes lectionem euangelicam[b], qua ipſe Dominus negotiatores ex tēplo verberatos aſſeritur expuliſſe, nec Apoſtolica verba recolentes, quibus ait[c]: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. Pſalmiſtam quoque Dauid ſurda diſſimulantes aure canentem[d]: Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini. Proinde huiuſmodi aut ab indignis poſt hac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio cupiditateque ceſſandum; aut in quocūque gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officiis cogantur abſtinere, quoniam domus Dei domus orationis, & dici, & eſſe debet[e]: ne per officia negotiationis potius latronum ſpelunca.

Quare Alexander III. ſecundum inſtituta prædeceſſorum ſuorum ſub interminatione anathematis prohibuit, ne clerici cauſa lucri negotientur[f]. Nam ab Apoſtolis ſancitum legitur[g]: Epiſcopus, aut ſacerdos, aut diaconus, nequaquam ſeculi curas aſſumant; ſin aliter, deiiciantur. Cæterum non negamus, quin clerici emere, & vendere poſſint, prout eorum neceſſitas exigit, præſertim ſi hac ſuadente, ſua induſtria, vel arte aliquid effecerint, ſed non tamen principaliter propter lucrum hoc facere debēt[h]. Non autē poſſunt rē integrā vt eam emerunt pro maiori pretio cauſa negotiationis reuendere. Canonum enim ſtatutis firmatum eſt, vt quicumque in clero eſſe voluerit, emendi vilius, & vendendi carius ſtudio non vtatur. Quodſi exercere voluerit, cohibendus eſt à clero, & cogendus vt mox à clericalibus officiis abſtineat[i]. Sed ſi clericus victum, & veſtitum inopia ſe cogente, honeſto artificio, vel agricultura abſque officij ſui in eccleſia obeundi detrimento paret, reprehēdi non poterit. Nā tunc non cenſebitur, nec dici poterit lucrū ex negotiatione, ſed artificio comparaſſe[k]: talia enim lucra & Apoſtolis licita habebantur[l].

a *in ca. conſequēs eſt d. diſt. 88. & c. clerici. 14. q. 4.*
b *Ioann. 2.*
c *2. Timot. 2.*
d *Pſalm. 70.*
e *Hierem. 7. & Mat. 21.*
f *c. ſecundum, ne cler. vel monach.*
g *can. 7. Apoſt. et c. Epiſcopus, et c. 2. d. diſt. 88.*
h *Panor. in d. cap. ſecundum.*
i *c. canonum. c. clerici. 14. q. 4. gloſ. in ſum. 14. q. 3. Panor. c. 1. ne clerí. vel monach.*
k *cap. clericus victum, & ſequen. diſt. 91. gloſ. in d. ſum. 14. q. 3.*
l *cap. 1. 21. q. 1. gloſ. in ſum. q. 3. Goffred. & Hoſtië. in ſum. ne cler. vel monach.*

## *An clerici ſecularium rerum conductores aut procuratores poſſint.* CAP. II.

*a ſeſſ. ſeu actio. 6. & 15.*

CVm ad ſanctam, & vniuerſalem Synodum Cal-
cedoneſem perueniſſet[a], quod de his, qui in
connumerabantur, quidam propter turpis lu-
gratiam aliorum * poſſeſſionum conductiones, & cu-
ras ſecularium negotiorum ſuſciperent: & à ſacris offi-
ciis ſe per deſidiam ſepararent; ad domos autem ſecu-
larium concurrerent, & ſubſtantiarum eorum gu-
nationes auaritiæ cauſa ſuſciperent: decreuit
ſancta Synodus[b], neminem eorum, hoc eſt, Epiſ-
ſiue clericum, aut monachum conducere poſſeſ-
aut miſceri ſecularibus poſſeſſionibus poſſe: niſi
qui legibus ad minorum ætatis tutelas ſiue cura-
inexcuſabiles attraherentur, aut cui ipſius ciuitatis E-
piſcopus eccleſiaſticarum rerum commiſiſſet gu-
cula, & orphanorum, ac viduarū, quæ indefenſ-
aut earum perſonarum maximè, quę eccleſiaſtic-
gebant adminiculo propter Dei timorem. Si quis
trāſgreſſus fuiſſet hæc pręcepta, eccleſiaſticæ cenſu-
ni ſubijceretur. Atque hoc ſtatutum ſancta Synod-
Nicolao Papa in concilio Carthaginenſi primo
planè verbis propoſitum, & innouatum fuit[c]. Qu-
cùm feciſſet, patribus loquebatur dicens[d]: Congr-
cere ſuggeſtionem meam ſanctitati veſtræ, & dic-
re vobis, vt qui ſeruiunt Deo, & annexi ſunt cler-
cedant ad actiones, ſeu adminiſtrationes, vel ad pro-
rationes domorum ſecularium. Gratianus Epiſ-
dixit, (qui vnus erat patrum & fortè primus
cilij) Apoſtolorum ſtatuta ſunt, quæ dicunt: Nemo mi-
litans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. Proinde
clerici ſint ſine actionibus domorum: aut actores
officio clericorum. Vniuerſi dixerunt: hoc obſer-
mus. Placuit quoque concilio Carthaginenſi 4[e], vt E-
piſcopi, presbyteri, & diaconi, vel quicumque cle-
non ſint conductores, aut procuratores; neque vllo
pi, vel inhoneſto negotio victum quærant.

Poſtea verò ipſo iure pontificio illis inhibitum
ne ſecularium rerum conductores, aut procuratores
ſent[f]; neue miniſtri laicorum fierent. Quod ſi

* *forte legendū eſt: alienarum.*

b *cano. 3. & c. fin. diſtinct. 68.*

c *cap. peruenit. 21. q. 1.*

d *cap. credo. d. 21. q. 3.*

e *c. placuit. 21. q. 3.*

f *c. 1 ne cleri. vel monachi.*

p

præſumpſerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniarum cauſam deprehendantur in fraude, indignum eſt eis ab eccleſia ſubueniri, per quos cõſtat eccleſia ſcandalum generari[a]. Verùm ſi qui ob ſui neceſſitatem ſeu ſuſtentationem terras aliquas ad colendum conduxerint, non vt inde plus lucrentur, ſed vt de fructibus viuant, hoc illis non inhibitum eſſe putamus[b]. Tum etiam decimarum prouentus liberè locare poſſunt, ita tamen, quod huiuſmodi locatio ad feudum, vel alienationem non videatur extendi, ſed vt eccleſiæ conditionem meliorem faciant[c], ſicut mox infrà latius dicemus.

Prohibentur quoque eſſe procuratores, & miniſtri laicorum, & in placitis ſecularibus diſputare[d], excepta defenſione orphanorum, aut viduarum[e]: vel niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur[f]. Sed nec procurationes villarum ſeu oppidorũ, aut iuriſdictiones etiam ſeculares ſub aliquibus Principibus, & ſecularibus viris, vt iuſtitiarius eorum fiat, clericorum quiſquam exercere præſumat. Si quis autem aduerſus hæc venire tentauerit (quia, contra doctrinam Apoſtoli dicentis[g]; Nemo militans Deo implicat ſe ſecularibus negotiis, ſeculariter agit) ab eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus, pro eo quod officio clericali neglecto, fluctibus ſeculi, vt poteſtatibus placeat, ſe immergit. Diſtrictius autem decreuimus puniendum, ſi religioſorum quiſquam aliquid prædictorum auſus fuerit attentare[h]; & ſub interminatione anathematis inhibetur, ne quis ſacerdos officium habeat Vicecomitis, aut Præpoſiti ſecularis. Si quis autem cõtra hoc venire præſumpſerit, & commonitus ſe emendare noluerit, excommunicationi ſubiiciatur[i]. Deinde ex concilio 11. Toletano[k] his, à quibus Domini ſacramenta tractanda ſunt, iudicium ſanguinis quæ non licet, & ideo magnopere talibus exceſſibus puniendum eſt, ne indiſcretæ præſumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum eſt, ſententia propria iudicare præſumant, aut per ſe inferant membrorum truncationes quibuſlibet perſonis, aut inferendas præcipiant. Quod ſi quiſquam immemor horum præceptorum, aut in eccleſiæ ſuæ famulis, aut in qui-

a c. *ſacerdotibus, et ibi Panor. ne cler. vel monach.*

b *arg. c. dilecti. de decim. gloſ. in d. c. peruenit. ad verb. conductiones. Goffre. in ſum. hoc tit.*

c *c. veſtræ. de locat. et cõduct.*

d *c. 1. & 2. et ibi glo. & Panor. d. tit.*

e *d. c. 1. & c. 1. & fin. de poſtul.*

f *c. omnibus. 4. q. 6. Goffred. et Hoſtiẽ. in ſum. d. tit.*

g *2. Tim. 2.*

h *c. ſed nec. d. tit. ne cler. vel monach.*

i *c. clericis. d. tit.*

k *Con. Toleta. 11. cap. 6. c. his à quibus. 23. q. 8. et d. cap. clericis.*

*Cauſæ ſanguinis clericis inhibitæ ſunt.*

 buſli-

buſlibet perſonis tale aliquid fecerit, conceſſi
honore priuetur, & loco: ſub perpetuo quoq;
tur ergaſtulo relegatus; cui tamen communio
ex hac vita non eſt neganda, propter Domini
cordiam; qui non vult peccatoris mortem, ſed
uertatur & viuat [a].

*a Ezech. 18. 33.*

Porrò non modò ſanguinis ſententiam dictare
proferre, aut ſanguinis vindictam exercere
ricorum poteſt: ſed etiam neque vbi exercetur
eſſe, nec literas dictare, aut ſcribere pro vindict
guinis deſtinandas, nec viris ſanguinum vllis
nec vllam chirurgiæ artem, quæ aduſtionem,
ſionem inducit, exercere, nec purgationi aquæ
tis, vel frigidæ, ſeu ferri candentis ritum
nedictionis, aut conſecrationis impendere
nifacij tamẽ VIII. cõſtitutio permittit [c], quod
pus, ſeu quicumque alius Prælatus, vel clericus
ctionem obtinens temporalem, ſi homicidio,
maleficio ab aliquibus in iuriſdictione ſua
Balliuo ſuo, aut alij cuicumque iniungat,
veritatem inquirens, iuſtitiæ debitum exequa
gularis cenſeri non debet; quamuis ipſe Balliuus
alius contra malefactores ad pœnam ſanguinis
ſerit, iuſtitia mediante. Nam licet clericis
guinis agitare non liceat, eas tamen (cùm iuriſdictio
nem obtinent temporalem) debent, & poſſunt,
irregularitatis ceſſante, aliis delegare.

*Clericus chirurgiam quatenus exercere poſſit.*

*b c. ſententiã. d. tit. ne cler. vel monach.*

*Clerici an cauſas ſanguinis abſque irregularitate aliis delegare poſſint*

*c c. fin. ne cler. vel mon. in 6.*

***An clerici tutores, vel curatores eſſe poſſint.*** CAP.

QVoniam ſuprà dictum eſt, clericos ſecul
negotiis ſe immiſcere non poſſe, niſi for
bus ad minorum ætatis tutelas ſiue cura
attraherentur; hic opportunè nunc diſcutiendum
quãdo tutores, vel curatores eſſe debeãt, vel non
dum igitur triplicem eſſe tutelam [d]: alia enim
mentaria, quãdo parentes liberis impuberibus
poteſtate habent, teſtamẽto ſuo dant tutores [e]
tutela dicitur legitima, cùm tutor à lege datus
cum habet, cùm in teſtamento nullus eſt datus
eſt datiua, quando neque ex teſtamento, neque

*d gloſ. in cap. fin. diſt. 86.*

*e §. permiſſum. inſtit. de tutel. §. 1. in inſtitu. qui teſta. tut. dari poſſ. lib. 1.*

*f §. 1. in inſtit. de legit. agnat. tut. lib. 1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diſpoſitione tutor aliquis exiſtit; ſed à iudice datur [a]. Teſtamentariã autem tutelam clerici ſuſcipere nõ poſſunt, ſicut pulchrè, & luculenter D. Cyprianus presbyteris, & diaconis, atque plebi Furnis cõſiſtentibus ſcribens his verbis demonſtrauit [b].

a §. 1. inſtit. de Attil. tutor. lib. 1.

b epiſt. 9. lib. 1. & c. Cyprianus, & 3. ſequen. 21. q. 3. c. neque. diſt. 88.

Grauiter commoti ſumus ego, & collegiæ mei, qui præſentes aderant, & compresbyteri, qui nobis aſſiſtebant, fratres chariſſimi, cùm cognouiſſemus quod Geminius Victor frater noſter de ſeculo decedens Geminiũ Fauſtinum presbyterum tutorem teſtamẽto ſuo nominauerit, cùm iam pridẽ [c] in cõcilio Epiſcoporum ſtatutum ſit, ne quis de clericis, & Dei miniſtris tutorẽ, vel curatorẽ teſtamento ſuo conſtituat, cùm ſinguli diuino ſacerdotio honorati, & cũcti in clericali miniſterio cõſtituti nõ niſi altari, & ſacrificiis deſeruire, & precibus, atque orationibus vacare debeant. Scriptum eſt enim [d]: Nemo militans Deo implicat ſe moleſtiis ſecularibus, vt poſſit placere ei, cui ſe probauit. Quod cùm de omnibus dictum ſit, quanto magis moleſtiis, & laqueis ſecularibus obligari non debent, qui diuinis rebus, & ſpiritualibus occupati, & ab eccleſia recedere, & ad terrenos, & ſeculares actus vacare non poſſunt? Cuius ordinationis, & religionis formã Leuitæ prius in lege tenuerũt [e], vt cùm terrã diuiderent, & poſſeſſiones partirentur vndecim tribus, Leuitica tribus, quæ tẽplo & altari, & miniſteriis diuinis vacabat, nihil de illa diuiſionis portionis perciperet, ſed aliis terrã colentibus, illa tantũ Deum coleret, & ad victum, atque alimentum ſuũ ab vndecim tribubus, de fructibus, qui naſcebantur, decimas acciperet. Quod totum fiebat de authoritate, & diſpoſitione diuina, vt, qui operationibus diuinis inſiſtebant, in nulla re auocarentur, nec cogitare, aut agere ſecularia cogerentur. Quæ nunc ratio, & forma in clero tenetur, vt qui in Eccleſia Domini ad ordinationem clericalẽ promouentur, nullo modo ab adminiſtratione diuina auocentur, ne moleſtiis, & negotiis ſecularibus alligẽtur, ſed in honore ſportulantiũ fratrum tanquã decimas ex fructibus accipiẽtes, ab altari, & ſacrificiis nõ recedant, & die ac nocte cœleſtibus rebus, & ſpiritualibus ſeruiant [f]. Quod Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſè cõſiderantes, &

c circa an. Dn. 254.

*Quibus vacare debeant clerici.*

d 2. Timot. 2.

e Ioſue 13.

*Leuitæ quibus olim vacare debebant.*

*Clerici ab adminiſtratione diuina nõ ſunt auocandi.*

f c. hi. qui. 21. q. 3.

& ſalubriter prouidentes, cenſuerunt, nequis ... excedens ad tutelam, vel curam, clericum ... at ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, ... ficium pro dormitione eius celebraretur. Neque ... ad altare Dei meretur nominari in ſacerdotum ... qui ab altari ſacerdotes, & miniſtros ſuos Le... care voluit[a]. Et ideo Victor cùm contra form... in cōcilio à ſacerdotibus datam Geminium ... presbyterum auſus ſit actorē conſtituere, non ... pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, ... catio aliqua nomine eius in eccleſia frequente... cerdotum decretum religioſè, & neceſſariè ... uetur à nobis[b]. Simul & cæteris fratribus ... plum, ne quis ſacerdotes, & miniſtros Dei ... & eccleſiæ vacantes ad ſeculares moleſtias ... Obſeruari enim de cætero poterit, ne vltra ... ca perſonam clericorum, ſi, quod nunc factum ... rit vindicatum[c].

*Pro eo orandū non eſt, qui ab altari clericos auocat.*

a *d. c. Cyprian.*

b *cap. neque diſt. 88.*

c *c. fin. 21. q. 3.*

Legitimam verò tutelam olim ſecundum ... lis diſpoſitionem clerici ſuſcipere debebant. ... à prædicta Synodo Chalcedonenſi excuſa... fortè legibus ad minorū ætatis tutelas, ſiue ... inexcuſabiles attracti ſecularibus negotiis, ... ſionibus ſe immiſcerent[d]. Quia vbi ſucceſſio ... tur emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. ... tiuam verò tutelam ſuſcipiebant pietatis ... eam ab Epiſcopo ſuo delegabantur[f]. Quod & ... profiteri, & teſtari videtur Gelaſius Papa ... Epiſcopo ſcribens[g]: Defenſionis, inquit, prop... latis auxilio, & qui ſuis actibus adeſſe pro ... mitate non poſſunt, exoratum Pontificem ... uenire. Quia pupillis & viduis tuitionem etiam ... tas iuſſit impendi. Et ideo Maximo, & ... ricalis officij, qui ſe ſolatio parentum, vel pro... rum aſſerunt deſtitutos, auxilium ex noſtra ... ne præſtabis: vt aduerſus improbitates aduer... ſuorum protecti, tuæ executionis niſu noxia ... ta non ſentiant. Rurſus idem Gelaſius aliis ... Epiſcopis in hæc verba ſcripſit[h]: Licet omni... bis ſperantibus non debeamus, in quantum po...

d *d. c. peruenit, et ibi gloſ. diſt. 86.*

e *lib. 1. inſtit. tit. de legit. patron. tit. ſ. tutela datiua.*

f *arg. d. c. peruenit. c. Epiſcopus. 4. diſt. 88.*

g *cap. defenſionis. diſt. 87.*

h *c. licet. diſt. 87.*

denegare: plus tamen viduarum, & orphanorum cauſas impenſius ducimus exequendas. Quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio. Si qui verò clerici pietatis, & religionis intuitu pupillorum tutelam, vel curam ſuſceperant, iſti minimè rationibus tutelaribus ſeu curationibus obnoxij erant. Grauem enim atque iniquũ eſſe Imperatoribus viſum erat [a], inſidiis quorundam (ſi ita fortè contingeret) machinationibus eos vexari, qui propter timorem Dei parentibus, atque ſubſtantiis deſtitutos minores ſuſtentare, ac pietatis affectione paterna educare feſtinarent.

a *l. orphanotrophos. C. de Epiſc. & cler.*

Poſtea verò Imperatores, licet pium & religioſum tutoris & curatoris ſit officium [b], animaduertentes clericorum ordini, & vocationi magis conuenire, ne occaſione illus ſecularibus negotiis ſe immiſcerent; ſed illis potius Dei omnipotentis officiis deſeruirent, & apud ſacroſanctas eccleſias permanerent, illos ſuis conſtitutionibus ab hoc tutelæ, & curationis onere atque officio ſubeundo exemerunt. Vnde hæc Martiani, & Leonis Imperatorum promanauit lex [c]: Generaliter ſancimus omnes viros reuerendiſſimos Epiſcopos, necnon preſbyteros, diaconos, & ſubdiaconos, & præcipuè monachos (licet non ſint clerici) immunitatem ipſo iure omnes habere tutelæ, ſiue teſtamẽtariæ, ſiue legitimæ, ſiue datiuæ: & non ſolùm tutelæ eos eſſe expertes, ſed etiam curæ, non ſolùm pupillorum, & adultorum, ſed & furioſi, & muti, & ſurdi, & aliarũ perſonarum, quibus tutores, vel curatores à veteribus legibus dantur. Hos tamen clericos & monachos huiuſmodi habere beneficium ſancimus, qui apud ſacroſanctas eccleſias, vel monaſteria permanẽt, non deuagantes, neque circa diuina miniſteria deſides, cùm propter hoc ipſum beneficium indulgeamus, vt omnibus aliis derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant. Et hoc non ſolùm in vetere Roma, vel in hac regia ciuitate, ſed & in omni terra, vbicumque Chriſtianorũ nomen colitur, obtinere ſancimus.

b *d. l. orphanotrophos.*

c *l. generaliter. C. de Epiſc. et cler. c. generaliter. 16. q. 1.*
*A tutela & curatela eximuntur clerici.*

Iuſtinianus verò noſter ſimilem pro cleri libertate, & immunitate à ſecularibus negotiis huiuſmodi, edidit his verbis conſtitutionem [d]: Dei amantiſſ. Epiſcopos, & mona-

d *in nouell. cõſtit. 23. & authen. presbyteros C. de Epiſc. & cler.*

monachos nulla lege tutores, aut curatores cuiuſc
que perſonæ fieri concedimus. Presbyteros autem,
diaconos & ſubdiaconos, ſi iure, ac lege cognationis
tutelam, aut curam vocentur, eiuſmodi munus ſubi-
re concedimus: ſi tamen infra menſes quatuor
numerandos, ex quo vocati ſunt, apud competen
iudicem ſcripto declarauerint, id ſe munus propria
luntate ſuſcepiſſe: Et ſi (vt probabile eſt) eorum ali
hoc fecerit, nullum ex hoc præiudicium circa ali
telam, aut curam ſuſtineto. Sed neque ſuſceptorem
exactorem publicarum contributionum, aut con
rem vectigalium, vel alienarum poſſeſſionum,
ratorem familiæ, aut diſpenſatorem, aut pro
rem litis, aut fideiuſſorem pro his cauſis eſſe Epiſ
aut œconomũ, aut cuiuſcumque gradus alium
cum, aut monachum cõcedimus, ſiue ſuo, ſiue
aut monaſterij nomine id ſubeat, ne per hanc
ſacris ædibus infligatur damnum.

*An vitæ & honeſtati eccleſiaſticorum conueniat in ſecu
curiis verſari.* CAP. IIII.

CVm ex prædictis tam Pontificum, Concilio
& ſanctorum Patrum, quàm Imperatorum
ſtitutionibus, decretis, & ſententiis
euidens ſit, clericos ſe negotiis ſecularibus
& immiſcere non poſſe; ſed, illis omnibus
ſpecialiter de iure permittatur) debere Dei
tis inhærere, & deſeruire miniſteriis, atque
apud eccleſias ſuas permanere: Mirum profectò
tione, & modo introductum ſit, & ab imm
tempore hactenus à Superioribus toleretur, quod
ſiarum, & monaſteriorum Prælati, & alij eccle
in Principum, atque Regum, imò & in inferiorum
riis aſſidue verſentur, & nonnulli frequentius,
tius in illis videantur, & degant, quàm in ipſis
cleſiis: cùm tamen omnes eccleſiaſtici, & maxime
lati in eccleſiis ſuis perpetuò reſidere teneantur
diuerſis in locis ſuprà ex Pontificum quoque,
ctorum Patrum, necnon Conciliorum, ſed
Tridentini decretis, conſtitutionibus, canonibus,

*Clericorum cõuerſatio in ſecularibus curiis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sententijs demonſtratum eſt. D. Hieronymus de hac aſſidua, & continua Prælatorum in eccleſia ſua reſidentia, & conuerſatione ſcribens [a]: Si quis, inquit, vult Pontifex eſſe, non tã vocabulo, quàm merito imitetur Moyſen, imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de eis? Quod nõ diſcedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quid autem ei opus erat? vt aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt à Deo diſcat, legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando; aut populum doceat; ſed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ ſpirituſſanctus docet. Eſt & aliud opus quod facit Moyſes: ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos: Sed quid facit? Orat: & donec orat vincit populus eius: Si relaxauerit, & dimiſerit manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo ſacerdos eccleſiæ indeſinenter, vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles, qui ſunt dæmones impugnantes eos qui volunt piè viuere in Chriſto. Quocirca in concilio Carthaginenſi 4. cui D. Auguſtinus interfuit, ſtatutum eſt [b]; vt Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed lectioni, & orationi, & verbo prædicationis tantummodo vacet.

D. Ambroſius in oratione contra Maxentium [c]: Vtinam, inquit, eſſem ſecurus, quod eccleſia hæreticis minime traderetur: Ad palatium Imperatoris irem libenter, ſi hoc congrueret ſacerdotis officio, vt in palatio magis certarem, quàm in eccleſia. Scribit Seuerus Sulpitius in vita D. Martini [d]; quod cùm ad Imperatorem Maximum plures ex diuerſis partibus Epiſcopi conueniſſent, & fœda circa Principem omnium adulatio notaretur, ſeque degeneri inconſtantia regiæ clientelæ ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet, in ſolo Martino Apoſtolica auctoritas permanebat. Nam etſi pro aliquibus ſupplicandum Regi fuit, imperauit potius, quàm rogauit, & à conuiuio eius frequenter rogatus abſtinuit, dicens; ſe menſæ eius participem eſſe non poſſe. Tandem victus vel ratione, vel precibus ad conuiuium venit,

mirum

*a c. fin. diſt. 36.*

*Pontificis ſeu Epiſcopi officiũ*

*Sacerdoti eccleſiæ indeſinẽter eſt orandum.*

b *cap. 20. & cap. Epiſcopus. diſt. 88.*

c *quæ eſt epiſt. 32.*

*Non congruit ſacerdotis officio ire ad Imperatoris palatiũ.*

d *lib. 1.*

*D. Martinus menſæ imperatoris particeps eſſe noluit.*

mirum in modum gaudente Rege, quòd id impetra-
ſet. Conuiuæ autem aderant ſummi atque illuſtres
viri : medius inter hos Martini presbyter accubuerat:

*Inſigne D. Martini factū.*

ipſe autem ſellula iuxta regem poſita conſederat. Ad
medium ferè conuiuium (vt moris eſt) pateram
miniſter obtulit. Ille ſancto admodum Epiſcop
tius dari iubet, expectans, atque ambiens, vt ab
dextera poculum ſumeret. Sed Martinus, vbi e

*D. Martinus presbyterum Regi prætulit.*

pateram presbytero ſuo tradidit, nullum ſcilicet
mans digniorem, qui poſſit prior bibere: nec
ſibi fore, ſi aut Regem ipſum, aut eos, qui à Rege
proximi, presbytero prætuliſſet. Quod factum
rator, omneſque, qui tunc aderant, ita admira
vt hoc ipſum eis, in quo contempti fuerant,
Celeberrimumque per omne palatium fuit, fec
tinum in Regis prandio, quod in inferiorum
conuiuiis Epiſcoporum nemo feciſſet. Alio
tempore [a], cùm in eiuſdem Imperatoris curia

*a vt habetur l. 3. de vit. Mart.*

inuitus quandam communionem cum illo, & a
piſcopis iniiſſet, ſatius exiſtimans ad horam
quàm his non conſulere, quorum ceruicibus
imminebat: ſumma vi Epiſcopis nitentibus, vt
munionem illam ſubſcriptione firmaret,

*Pœnituit D. Martinū quod ſemel in palatio imperatoris fuerit.*

non potuit, ſed poſtero die ſe inde proripuit.
uertens in viam mœſtus ingemiſceret, ſe vel ad
noxiæ communioni fuiſſe permixtum, progreſſ
lulum comitibus, ille ſubſedit; cauſam doloris, &
accuſante ac defendente inuicem cogitatione
uens, aſtitit ei repente angelus: Meritò, inquit,
ne compungeris. Sed aliter exire nequiſti. Rep
tutem, reſume conſtantiam, ne iam non pericu
riæ, ſed ſalutis incurreris. Itaque ab illo tempo
cauit cum illa communione miſceri.

*An eccleſiaſtici caſtra ſequi poſſint contra hæreticos et infideles.*

Adhæc eccleſiaſticos curias, & caſtra (licet
contra hæreticos, & infideles geratur) ſequi
bere, Nicolaus Papa ad Carolum magnum [b] Imp
rem ſcribens, apertè oſtendit his verbis: Rep

*b c reprehenſibile. 23. q. 8.*

bile valde conſtat eſſe, quod ſubintuliſti, dicen
iorem partem omnium Epiſcoporum die noctu
omnibus aliis fidelibus tuis contra piratas ma

uigilare, & ob id Epiſcopi impediantur venire; cùm ſolum Chriſti ſit, Chriſto ſeruire; milites verò ſeculi ſeruiant ſeculo, ſecundum quod ſcriptum eſt [a]: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. Quodſi ſeculi milites militiæ ſtudent; quid ad Epiſcopos, & milites Chriſti, niſi, vt vacent orationibus? Nec diuerſum ab hoc ſenſit Gelaſius, dum in hæc verba Elpidio Epiſcopo ſcriberet [b]: Quo auſu, qua temeritate, reſcribis ad Rauennam te parare proficiſci, cùm canones euidenter præcipiant nullum omninò Pontificum, niſi nobis ante viſis, atque conſultis ad comitatum debere contendere? Quemadmodum tibi putas licere, quod non licet, niſi quod hoc officio carere feſtinas, quo his auſibus te oſtendis indignum? Quapropter Patres concilij Antiocheni ſtatuerunt [c]; vt ſi quis Epiſcopus, aut presbyter, vel omnis omninò, qui eſt ſub eccleſiaſtica regula conſtitutus, præter conſilium, vel literas eorum Epiſcoporum, qui ſunt intra prouinciam, & maximè ſine conſilio Metropolitani ad Imperatorem perrexerit, hunc abdicari, & eiici non ſolum de communione debere; ſed etiam propria dignitate priuari decernimus, tanquam moleſtum, & importunum imperialibus auribus contra eccleſiaſtica conſtituta. Interim non negamus, quin liceat Prælatis eccleſiæ exemplo B. Gregorij ab Imperatoribus, vel quibuſlibet Ducibus defenſionem fidelibus poſtulare [d]. Licet etiã cum beato Leone quoſlibet ad ſui defenſionem contra aduerſarios ſanctæ fidei viriliter adhortari, atque ad vim infidelium procul arcẽdam quoſque excitare [e]: effuſionem vero ſanguinis nulli Epiſcoporum ſua, vel Imperatorũ auctoritate imperare licet [f]. Quicumque autem ex clero videntur eſſe, ſecundum concilij Meldenſis decretũ [g], arma militaria non poſſunt ſumere, nec armati incedere, quia clericatus officium eos reddit inhabiles ad pugnandũ [h]: Sed profeſſionis ſuæ vocabulum religioſis moribus, & religioſo habitu præbere debent. Quòd ſi contempſerint, tanquam ſacrorum canonũ cõtemptores, & eccleſiaſticæ auctoritatis profanatores, proprij gradus amiſſione mulctentur: quia non poſſunt ſimul Deo, & ſeculo militare. Concilium verò Tole-

a 2. *Timot.* 2.

b *c. quo auſu.* 23. *q.* 8.

c *Concil. Antioch. cap.* 11. *et in c. ſi quis Epiſcopus,* 23. *q.* 8

*Pœna clericorũ proficiſcentium ad Imperatorẽ ſine licentia ſui Epiſcopi vel Metropolitani.*

d *c vt pridem. ca. ſuppliciter.* 23. *q.* 8.

e *c. igitur, & 4. ſeq.* 23. *q.* 8.

*Clerici militaria arma ſumere non poſſunt.*

f *cap. ſi vobis.* 23. *q.* 8.

g *c. quicũque.* 23. *q.* 8.

h *ca. ex multa. §. fi. et ibi gl. et DD. de voto, et vot. redempt. Panor. in c.* 1. *de cler. venato.*

*a cap. 44, et c. clerici. 23. q. 8.*

*An clerici contra inimicos fidei impunè pugnare poſſint.*

tanum 4.[a] ſtatuit; vt clerici, qui in quacumque ſeditione arma volentes ſumpſerint; reperti, amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſterio perenniter tradantur. Si verò clericus pugnando etiam contra inimicos fidei catholicæ quenquã percuſſerit, & de interfectione ipſum conſcientia remordeat, à miniſterio altaris abſtinere debet. Quod liquidò conſtat ex reſcripto Honorij Papæ [illegible]

*b c. petitio. de homic. volun. vel caſ.*

ſub hac verborum forma cuidam presbytero miſſo[b]. Petitio tua nobis exhibita continebat, quod cũ [illegible] dominicæ crucis, ac blaſphemi nominis Chriſtiani, [illegible] ſtrum quoddam in quo morabaris, grauiter inuaſiſſent, exeũtibus inde habitatoribus tam clericis, quàm laicis cõtra eos, ac inuicẽ confligentibus, hinc inde occiſi plurimi extiterũt. Vnde cùm pro eo quod aliquem percuſſiſti, irregularitatẽ metuas incurriſſe; mãdamus, quatenus, ſi de interfectione cuiuſquã in illo conflictu conſcientia te remordet, à miniſterio altaris abſtineas reuerenter: cùm ſit cõſultius in huiuſmodi dubio abſtinere, quàm temerè celebrare. Quicumque verò clericus, aut in bello, aut in rixa, aut in gẽtilium ludis mortuus fuerit, ex decreto concilij Triburienſis[c], neque in

*c c. quicũque. 23. q. 8.*

oblatione, neque in oratione pro eo, poſtulandum, ſed relinquendus, vt in manus incidat iudicis: ſepultura tamen non eſt priuandus.

Miramur, & conquerimur eccleſiaſticos vbique, & præſertim in curiis ſecularibus in tale veniſſe [illegible] dium, ne dicã contemptum, vt nõ pluris, imo [illegible] minoris fiant, & reputentur, quàm laici; præſertim officij alicuius publici, vel nobilitatis titulo [illegible] ſint. Non potuit igitur SS. Tridentina Synodus[d]

*d vt habetur ſeſſ. 25. de reform. cap. 17.*

*e c. omnes. c. ſolitæ de maiori. & obedien. c. Valẽtinianus. diſt. 63. c. Epiſcopus in eccleſiis. diſt. 95. ca. quis dubitet. c. duo ſunt, diſt. 96.*

grauiter dolere, audiens Epiſcopos aliquos, ſui [illegible] oblitos, pontificiam dignitatẽ non leuiter dehoneſtare, qui cum Regum miniſtris, Regulis, & Baronibus in eccleſia, & extra indecenti quadã demiſſione ſe gerunt, & veluti inferiores miniſtri altaris, nimis indignè non ſolùm loco cedunt, ſed etiam perſonaliter illis inſeruiunt. Quare hæc & ſimilia deteſtãs eadem ſancta Synodus, ſacros canones omnes, conciliaque generalia, atque alias apoſtolicas ſanctiones ad dignitatem epiſcopalis decorum, & grauitatem pertinentes renouat[e]

pro-

præcipit, vt ab huiuſmodi in poſterum Epiſcopi ſe abſtineant; mandans eiſdem, vt tam in eccleſia, quàm foris ſuum gradum, & ordinem præ oculis habentes, vbique ſe patres, & paſtores eſſe meminerint; reliquis verò tam Principibus, quàm cæteris omnibus, vt eos paterno honore, ac debita reuerentia proſequantur.

Verùm ſi quis cauſam inquirat, cur nunc tam vili, & nihili vbique fiant eccleſiaſtici, inueniet, puto, nõ aliam fuiſſe, quàm nimiam familiaritatem, quæ ipſis eſt cum laicis. Dici enim vulgo ſolet, nimia familiaritas parit contemptum. Si ſinguli in ſuis ſemper eccleſiis manſiſſent, & in illis diuina officia per ſe, & non per ſubſtitutos, & reuerẽter ſtatis horis perſoluiſſent, ſicut alibi a nobis late tractatum, & demonſtratum eſt[a], certè clericalis, & ſacerdotalis dignitas ſalua, & illæſa perpetuo permanſiſſet. Et hac iam dicta ratione atque via omnino recuperanda eſt. Alioquin metuendũ, ne breui penitus peſſundetur, & extinguatur. Siquidem hæc eſt illa via, a qua receſſimus, & ſcandalizauimus plurimos, irritum facientes pactum iuris diuini, & humani, & propterea, ſicut per Malachiam prophetam nobis prænuntiatum eſt[b]; Deus dedit nos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Quocirca & D. Gregorius certior factus de cuiuſdam Epiſcopi nimia cum laicis familiaritate, hanc ſcripſit Romano defenſori epiſtolam[c]: Perlatum eſt ad nos, reuerendiſſimum fratrem noſtrum Baſilium Epiſcopum, velut vnum de laicis in cauſis ſecularibus occupari, & prætoriis inutiliter deſeruire: quæ res quoniam ipſum vilem reddit, & reuerentiam ſacerdotalem annihilat; ſtatim vt experientia tua hoc præceptum ſuſceperit, ad reuertendum eum diſtricta executione compellat: quatenus ei illic te ſiſtente quinque diebus ſub qualibet excuſatione immorari non liceat: ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiſeris, cum ipſo apud nos grauiter incipias eſſe culpabilis. Reprehendit quoque grauiter hanc in curia, & aula Regũ conuerſationẽ Alexander Papa III. in Archiepiſcopo Cantuarienſi[d]. Et Innocentius Papa III. cùm ad ſuam perueniſſet notitiam, quod monachi, Canonici & alij regulares,

*Cur eccleſiaſtici nunc tam nihili fiant à laicis.*

a *lib. 2. de malorum hor. tempo. cauſis & remediis.*

b *Mala. 2. cap.*

c *epiſt. n. di. 11. et c. perlatum, diſt. 88.*

d *in c. qua frõte. de appellat.*

cùm deberent potius in clauſtro iuxta regularia conſti-
tuta diuinis obſequiis inuigilare, de reditibus, quorum
curam geſſerant pecunia congregata, clauſtrum abho-
rentes, per curias Principum, & potentum diſcurrere

*a c. quanto. de off. Ord.*

non vererentur: Mandauit [a] Archiepiſcopo Aux...
quatenus quoſcumque tales inueniret, niſi ad commo-
nitionem ſuam reſipiſcerent, & regularem vitam ob-

*Curias principum frequentantium pœna.*

ſeruarent, ſi Prælati eorum poſt ſuam commonitio-
nem id exequi negligenter omitterent: per ſuſpenſionem
officij, & beneficij appellatione remota compelleret.
Nam à B. Sylueſtro iam olim conſtitutum erat in con-

*b Can. 16.*

cilio Romano [b]; vt nemo etiam clericus, vel ſubdiaco-
nus, vel diaconus, aut presbyter, aut Epiſcopus prop-

*Curiæ etymologia.*

cauſam ſuam quamlibet intraret in curiam: quo-
omnis curia, inquit, à cruore dicitur, & immo...

*Alia pœna curias principum frequentãtium.*

mulachrorum eſt. Quodſi quis clericus, in curiam in-
troierit, anathema ſuſcipiat, nunquam rediens ad ma-
trem Eccleſiam. Communione autem non pri...

*Alia curię etymologia.*

propter tempus turbidum. Feſtus verò curiam non à
cruore, ſed à cura dictam, locum eſſe ait, vbi publicas
curas olim gerebant. Verùm nec in hac ſignificatione
accepta clerici in ea verſari poſſunt. Siquidem in A-
poſtolorum canonibus ponitur: Epiſcopus, aut ſacer-
dos, aut diaconus nequaquam ſeculi curam aſſumat:

*c Cano. Apoſt. 7. & c. Epiſcopus. diſt. 88.*

ſin aliter, deiiciantur [c].

*Duplex negotij ſecularis acceptio.*

Panormitanus verò explicans titulum in decretali-
bus; ne clerici, vel monachi ſecularibus negotiis ſe im-
miſceant; ſecularis negotij duplicem ponit ſignificatio-
nem: Primò enim dicitur quicquid prouenit ex carnis
concupiſcentia, non ſubiecta frœno rationis. Et per il-
lud omninò viuitur ſeculariter, id eſt ſecundum ſecu-
lum, & mundum, ſeu carnem, non autem ſecundum
Deum, & ſpiritum, & hoc prohibetur etiam laicis, ſed
præcipuè clericis. Secundò, poteſt hoc verbum ſecula-
re ſumi magis ſtrictè, vt comprehendat negotia per-
tinens ad rempublicam mundanam, & ſeculares actio-
nes. Quod licet permiſſum ſit laicis: tamen clericis in-
terdicitur, vt negotiari. Placuit enim olim Imperatoriæ
clemẽtiæ, vt nihil commune clerici cum publicis actio-
nibus, vel ad curiam pertinentibus, cuius corpori ...

ſunt annexi, habeant [a]. Ex quo ſequitur, quod nullum officium poſſit clericus habere in republica ſeculari, eò quod de illius vniuerſitate non ſit [b]. Debent enim clerici attendere circa rempublicam ſpiritualem: laici verò circa rempublicam temporalem [c]. Item vita clericorum debet verſari circa vitam contemplatiuam; non autem de rebus mũdanis habere curam, niſi quatenus ſunt neceſſariæ ad vitam cõporalem [d]. Hinc Apoſtolus [e]: Nolite conformari huic ſeculo: quia nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, id eſt, temporalibus, & mundanis, quantumcumque illa laicis liceant. Abſurdum namque eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia; & alij creditum alius ſubtrahat, & præcipuè clericis, quibus opprobrium eſt, ſi ſe peritos eſſe diſceptationum forenſium oſtendere velint [f].

*Laici curiales olim ad ordines non recipiebantur.*

## CAPVT V.

LAici verò, qui olim curiæ publicarumq́ue rerum negotiis implicati erant, ad ordines non recipiebantur, vt diuinis deſeruirent miniſteriis [g]. Propterea quòd, dum frequenter à curia repetebantur, eccleſia plurima conſequebatur incommoda; vel quia eidem curiales non voto religionis, aut pietatis ſtudio; ſed vt officiorum ſuorum ratiocinia ſugerent, ad eccleſiam ſe transferebant; quod Innocentius Papa primus Viſtricio Rothomagenſi Archiepiſcopo ſcribens, his verbis teſtatum reliquit [h]: Frequenter quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuſlibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt, quibus poſtea maior triſtitia, cùm de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia naſcitur de accito ſeu aſſumpto. Conſtat enim, eos in ipſis muniis voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas eſſe nõ dubium eſt, & ludorum, vel munerum apparatibus aut præeſſe, aut forſitan intereſſe. Sit certè in exemplum, & ſolicitudo, & triſtitia fratrum, quam ſæpe pertulimus Imperatore præſente, cùm pro his ſæpius rogaremus, quam ipſe nobiſcum poſitus cognouiſti. Quibus non ſolùm inferiores clerici ex curialibus, verumetiam

a *L. placet. C. de Epiſc. et cler.*
b *c. 1. ne cler. vel mond. c. reprehenſibile. 23. q. 8. Innoc. in c. dilecta. de exceſſ. prælat.*
c *arg. cap. duo ſunt. 11. q. 1. d. c. reprehenſibile. & c. conuemor. 23. q. 8. c. duo ſunt. diſt. 96. c. ſolitæ. de maiori. et obed.*
d *c. ſi quis obiecerit. 1. q. 3.*
e *Ad Rom. 12. cap. & 2. ad Timoth. 2. cap.*
f *l. conſulta. C. de teſtam.*
g *c. non confidat. diſt. 50. c. qui in aliquo. c. præterea. diſt. 51.*

*Cur olim curiales non facilè in clerum recipiebantur.*

h *epiſt. 2. cap. 11. & c. præterea. diſt. 51. Iuo. par. 6. decr. cap. 349.*

in ſacerdotio conſtituti, ingens moleſtia, vt ſubleuarentur, inſtabat. Quocirca idem Innocentius Synodo Toletanæ ſcribens [a]: Hoc, inquit, de curialibus (ad eccleſiaſticum ſcilicet ordinem aſſumptis) cauendum eſt, ne eidem aliquando à ſuis curiis (quod frequenter videmus accidere) poſcantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita oportet modis omnibus cuſtodiri.

*a epiſt. 14.*

D. verò Gregorius de curialibus in clerum recipiendis animi ſui omnibus Epiſcopis declarans ſententiam: Legem, ait, quã piiſſimus Imperator dedit, ne forte hi, qui militiæ vel rationibus ſunt publicis obligati, cauſarum ſuarum periculum fugiunt, ad eccleſiaſticum habitum veniant, vel in monaſteriis conuertantur, veſtræ ſtudui fraternitati tranſmittere, ob hanc maximè cauſam, quòd hi, qui ſeculi actionibus implicati ſunt, in clero eccleſiæ præpoſterè ſuſcipiendi non ſunt, quia cùm in eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter, ut prius vixerant, viuunt, nequaquam ſtudent ſeculum fugere, ſed mutare. Quodſi etiam tales, qui que monaſterium petunt, ſuſcipiendi nullo modo ſunt, niſi prius à ratiociniis publicis fuerint abſoluti.

*b epiſt. 11. li. 7. & c. 1. diſt. 53.*

Quare & Imperator noſter Iuſtinianus, tranquillitatis, & libertatis eccleſiæ promouendæ ſtudioſiſſimus, hanc de curialibus ſanxit, & promulgauit legem: Sed neque curialem, aut officialem clericum fieri permittimus, ne ex hoc venerabili clero fiat iniuria. Si verò tales perſonæ in clero conſtituantur, tanquam non ad ordinationem perductæ, propriæ fortunæ reſtituantur; niſi monaſticam forſitan vitam aliquis eorum non minus quindecim annis impleuerit. Tales enim ordinari præcipimus, quarta propriæ ſubſtantiæ ſibi relicta, reliquis partibus curiæ, & fiſco vindicandis, ſi in clero conſtituti, monaſticam, & decentem vitam impleuerint. Sed ſi poſt clericatus honorem aliquis eorum vxorem, aut concubinam acceperit, propriæ fortunæ reddatur, licet tali eccleſiaſtico gradu tenebatur, in quo quis conſtitutus vxorem ducere non prohibetur. Idem eſt & in omnibus aliis monachis, licet nulli fortunæ prius ſubiecti fuerint. Et generaliter quicunque

*b authent. ſed neque. C. de Epiſc. & cler. Iniuria fit clero ſi curialis fiat clericus.*

in c

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in quolibet eccleſiaſtico gradu conſtitutus ad ſecularem vitam redierit, honore nudatus, curiali fortunæ propriæ ciuitatis reddatur.

Præterea quantopere Epiſcoporum, & aliorũ Prælatorum, atque clericorum ab eccleſiis ſuis abſentia, & in ſecularibus curiis conuerſatio prædicto noſtro Imperatori Iuſtiniano ingrata fuerit, hac ſua quoque conſtitutione teſtatus eſt [a]: Interdicimus autem Dei amantiſſ. Epiſcopis, ne proprias deſerant eccleſias, & in alias proficiſcantur prouincias. Sed & ſi huius agendi neceſſitas aliqua incidat; non aliter, niſi cum literis beatiſſ. eorum Patriarchæ, aut Metropolitani, aut imperiali videlicet iuſſione hoc faciant: Ita ſanè vt ne illis quidem Epiſcopis, qui ſub beatiſſ. Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, & Patriarcha conſtituti ſunt, ſine eius mandatu, aut noſtra iuſſione ad regiam venire vrbem liceat. Epiſcopi verò, qui ad regiam (vt dictum eſt) vrbem acceſſerint, cuiuſcumque diœceſeos ſint, ante omnia beatiſſ. Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum, & Patriarcham adeunto, atque ita per ipſum ad noſtram ingrediuntor tranquillitatem. Qui verò contra noſtram diſpoſitionem vel peregrinantur; aut vltra præfinitum illis tempus extra eccleſiam ſuam alibi commorantur; his primùm quidem non ſubminiſtrantor ab eccleſiæ ſuæ œconomis ſumptus: deinde citantor ſacerdotum literis, ſub quibus cenſentur, vt ad eccleſias ſuas reuertantur. Si reuerti differant, ſecundum ſacros euocantor canones: Et niſi intra tempus à ſacerdotibus pręfinitum ad eccleſias ſuas reuertantur; ipſi quidem ab epiſcopatu depellantor: alij autem meliores in eorum locum ordinantor pro tenore præſentis legis. Eodem hoc obtennto & in clericis, cuiuſcumque gradus fuerint, ſeu miniſterii.

*a in nouell. cõſtit. 123. §. interdicimus.*

*Epiſcopi et alij omnes clerici in reciduli ad reſidentiam continuam in ſuis eccleſiis faciendam obligãtur.*

In concilio quoque Aurelianenſi primo expreſsè ſtatutum eſt [b]: vt Abbatibus, presbyteris, omnique clero, vel in religionis profeſſione viuentibus, ſine diſcuſſione, vel commendatione Epiſcoporum pro petẽdis beneficiis ad Dominos ſeculares (ſeu eorum curias) venire non liceat. Quod ſi quiſquam præſumpſerit,

*b cap. 9.*

*An Clerici in curiis ſecularibus beneficia petere & ſolicitare poſſint.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tamdiu loci ſui honore, & communione priuetur, donec per pœnitentiam plenam eius ſatisfactionem ſacerdos accipiat. Quinimò in concilio Arelatenſi ſtatutum fuit [a]; vt presbyteri indiſcretè per diuerſa non mutentur loca, nec ab Epiſcopis quidem, nec ab aliis Prælatis, nec etiam à laicis: ne fortè propter contradicentiam, & animarum pericula fiant, & eccleſiæ, in quibus conſtituti ſunt, negligantur officia. O vtinam eccleſiaſtici noſtri in curia verſantes, ſeu eam frequentantes videre poſſent, quod concilium Hildenſe in formula viuendi Canonicorum [b] beatum Martinum B. Brigidam vidiſſe commemorat. Cùm enim Martinus aliquando veniſſet ad palatium cuiuſdam tyranni vidit quendam maximum dæmonem ſedere ſuper collum eius inſtar equitis, qui ipſum duxit, quocunque volebat. Beata verò Brigida vidit quod cum quidam ſuperbi Prælati aſcendiſſent ſuper equos pompaticos quod toties æthiopes quidam aſcenderint ſuper colla ipſorum. Cæterum admiranda, & deploranda planè res eſt, quod inferiores etiam ſacerdotes nonnulli tantæ ſint leuitatis (in magnam cleri ignominiam redundantis) vt ſe laicis, atque adeò delicatis fœminis ventris cauſa in capellanos, atque anteambulones vendant. Qui enim debebant eſſe gregis duces, rediguntur (proh nefas) in caudam, & ſordidiſſimis quibusque negotiis alligantur [c].

*a cap. 3. Iuo par. 6. decret. c. 176.*

*b cap. 2.*

*Prælati equis pompaticis vtentes, quos comites habeant.*

*Arguuntur capellani domicellarum.*

*c concil. Colon. celeb. an. 1536. tit. de offic. priu. ac pub. cap. 27.*

Quodſi prædicta Pontificum, Conciliorum, ſanctorum Patrum, & Imperatorum conſtitutiones, leges, decreta, dicta, & reſcripta perſuadere non poſſint ſacerdotibus noſtri temporis, & prouinciæ Eccleſiaſticis, vt demum ſecundum illa vitam, mores, & conuerſationem ſuam inſtituant, atque ducant: hoc ſaltem curiales perpetuò in memoria habere velim, quod Lucanus Poëta ethnicus quidem, ſed verè & religiosè dixit [d]: Exeat aula, Qui vult eſſe pius: virtus, & ſumma poteſtas nõ coëunt. Quod autem eccleſiaſtici omnes debeant eſſe pii, ipſe nos docuit D. Paulus in perſona Timothei, cui mandauit, & præcepit dicens [e]: Exerce te ipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt: pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens

*d l. 8. Pharſal. Exeat aula, qui vult eſſe pius.*

*e 1. ad Timot. 4. cap. & 6. Pietas ad omnia vtilis eſt.*

væ, quæ nunc eſt, & futuræ. Qui autem non acquieſ-
ſcentis ſermonibus Domini noſtri IESV Chriſti, &
, quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ; ſuperbus eſt,
nihil ſciens. Eſt autem quæſtus magnus pietas cum
ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum,
haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. Haben-
tes igitur alimenta, & quibus tegamur, iis contenti ſi-
mus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentatio-
nem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inuti-
lia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, &
perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupi-
ditas, quam quidam appetentes, errauerunt à fide, &
inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem, ó homo
Dei hæc fuge: Sectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem,
charitatem, patientiam, manſuetudinem. Ad hanc au-
tem pietatem nunc amplectendam, illud quod D. Pe-
trus dicit[a], inuitare nos debet: Nouit Deus pios de
tentatione eripere: iniquos verò in diem iudicij reſer-
uare cruciandos. Non quod pij non tententur, quia dia-
bolus non ceſſat quærere quos ex fidelibus perdat; &
maximè illos quos ardentiores in ſeruitio Saluatoris,
atque familiares inuenerit, nimirum quos ſacrari, & in
ordine Deus conſtitui voluit. Ipſi enim pro populo in-
terpellant, & populi peccata comedunt: quia ſuis pre-
cibus & oblationibus ea delent atque conſumunt[b]. Et
vt D. Paulus teſtatur[c]; omnes qui piè volunt viuere in
Chriſto IESV, perſecutionem patientur. Mali autem
homines, & ſeductores proficient in peius. Sed quan-
do pij tentantur, non ſuccumbunt tentationi: Et ſi in-
terdum ſuccumbant, citò reſurgunt, dicēte Pſalmiſta[d]:
Cum ceciderit iuſtus, non collidetur; quia Dominus
ſupponit manū ſuam. Et propterea etiā dicit D. Augu-
ſtinus[e]: quod nō meminerit mala morte periiſſe exer-
centem libenter opera pietatis. Quinimò impoſſibile
eſt pium ad malum finem deuenire. Nam ſi quælibet
culpa, vt D. Gregorius, inquit[f], ſequenti ſolet pia ope-
ratione purgari; quantò magis hæc facilè abſtergitur,
quam mater boni operis pietas ipſa comitatur? Hæc e-
nim certiſſima vitæ norma eſt, & conuerſationis opti-
ma diſciplina[g]. Illa autem anima à Deo compūgitur,

*Pietas eſt magnus quæſtus.*

a *Epiſt. 2. ca. 2.* *Deus pios de tentatione eripit.*

b *c. nulli. 3. q. 1.*
c *2. ad Timot. 3. cap.*
d *Pſal. 36. glo. in c. ſi enim. in verb. tētatione. de pœnit. diſt. 2. Io. Montho. in prompt. vtr. iur. in verb. erubeſcere.*
e *vt refert Alberic. in dictio. ad verb. pietas. & Io. Motnho. in d. lib. ad verb. pius.*
f *lib. 18. in Iob. cap. 2.*
g *Chryſoſt. ho. 12. in epiſt. 1. ad Timoth.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ habet in ſe virtutum gratiam renitentem, ſple-
dorem que pietatis [a]. Hanc autem virtutem D. Paulus
omnibus nobis neceſſariã cenſuit, dum ad Timotheum
his verbis ſcriberet [b]: Obſecro primum omnium fieri
obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actio-
nes pro omnibus hominibus, pro Regibus, & pro om-
nibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam &
tranquillam vitã agamus in omni pietate, & caſtitate.
Optarem autem vehementer, vt omnes, & ſinguli ec-
cleſiaſtici in animum inducerent ſuum ſibique per-
ſuaſiſſimum haberent, hæc prædicta verba à D. Paulo
eſſe ſcripta, atque aſſiduè nunc obſecrarent, orarent,
poſtularent, & gratiarum actiones Deo offerrent pro
omnibus hominibus, ſed præſertim pro Philippo Re-
ge noſtro catholiciſſimo, atque omnibus Regibus
& eccleſiæ catholicæ Romanæ defenſoribus, vt quietam
& tranquillam vitam in omni pietate & caſtitate agere
poſſimus.

a c. illa. de pœnit. diſt. 2.
b epiſt. 1. cap. 2.

*Clerici vſuris, aliiſue turpibus lucris ſe immiſcere non debent.*

CAPVT VI.

CVm inter ſecularia negotia numeretur negotium
iniuſtum, turpe lucrum, & quicquid appetitur ani-
mo plus iuſto [c], indubiè vſuram quoque ſub hoc no-
comprehendi conſequitur. Quoniam igitur multi cle-
rici auaritiæ cauſa, turpia lucra ſectantes, obliti ſunt di-
uini præcepti, quo dictum eſt [d]: Qui pecuniam ſuam non
dedit ad vſuram; meminerint à SS. Nicena Synodo ſta-
tutum eſſe [e]; vt ſi quis inuentus fuerit vſuras accipere,
vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari,
etiam ſpecies frumentorum ad ſeſcuplum, aut aliud
tale aliquid conatus fuerit ad quæſtũ, deiiciatur à clero,
& alienus habeatur ab eccleſiaſtico gradu. Cui ad-
& illud Martini Papæ [f]: Si quis oblitus timorem Domi-
ni & ſanctarum ſcripturarum, quæ dicunt [g]: Qui pecu-
niam ſuam non dedit ad vſurã: poſt hanc cognitionem
magni conſilij fœnerauerit, vel centeſimam exegerit,
aut ex quolibet negotio turpis lucri quæſierit, aut per
diuerſas ſpecies vini vel frugis, vel cuiuſlibet rei emen-
do, vel vendendo aliqua incrementa ſuſceperit,

c ca. 1. ne cler. vel mon.
d Pſal. 14.
e can. 18. et c. quoniã. 14. q. 4
f in ca. ſi quis oblitus. 14. q. 4
g Pſal. 14.

gradu ſuo deiectus alienus habeatur à clero. Plerique negligentes præcepta legis, cùm dederint pecuniam negotiatoribus non in pecunia, vt D. Ambroſius inquit[a], vſuras exigunt, ſed de mercibus eorũ tanquam vſurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex dicat[b]: Neque, inquit, vſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum. Item eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt, & quodcumque accedit ſorti vſura eſt; & quod velis nomen ei imponas, vſura eſt. Item ſi quis celebrandum conuiuium putat, ad negotiatorem mittit, vt abſinthiaci cupellam deferat ſibi gratis: ad cauponem dirigit, vt picenum vinum aut tyriacum requirat: ad lanium, vt hilam ſibi procuret; ad alium vt ſibi poma adornet. Atque hanc præceptoris ſui ſententiam ſequitur D. Auguſtinus[c]: Si, inquit, fœneraueris homini, id eſt, ſi mutuò dederis pecuniam tuam, à quo plus quàm dediſti, expectes; non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus quàm dediſti, ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud; ſi plus quàm dediſti expectes accipere, fœnærator es, & in hoc improbandus, non laudandus. Huc quoque pertinet & illud D. Hieronymi[d]: Putant quidam vſuras tantùm eſſe in pecunia; quod prouidens diuina ſcriptura, omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti. Item alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula diuerſi generis accipere, & non intelligunt ſcripturam vſuram appellare, & ſuperabundantiam, quicquid illud eſt, ſi ab eo, quod dederint, plus acceperint.

a *in lib. de Tob. cap. 14. et in c. pleriq. 14. q. 3.*
b *Deuter. 23.*
*Quicquid ſorti accedit, vſura eſt.*
c *in pſal. 36. et in c. 1. 14. q. 3.*
*Qui plus quã dederit expectat, vſuras expetit.*
d *ſuper Ezech. ad cap. 18. & in c. putãt. 14. q. 3.*

Adhæc generalis concilij Turonenſis decreuit auctoritas[e], vt nullus conſtitutus in clero vel hoc, vel aliud genus vſuræ exercere præſumat. Et ſi quis alicuius poſſeſſionem data pecunia ſub hac ſpecie, vel conditione, in pignus acceperit, ſi ſortem ſuam (deductis expenſis) de fructibus iam percepit; abſolutè poſſeſſionem reſtituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto poſſeſſio liberè ad Dominum reuertatur. Quodſi poſt huiuſmodi conſtitutum in clero quiſquam extiterit, qui deteſtandis vſurarum

e *in cap. 1. de vſur.*

lucris

lucris inſiſtat, eccleſiaſtici officij periculum prim
niſi fortè eccleſiæ beneficium fuerit, quod redim
ei hoc modo de manu laici videatur. Imò fru
pignoratæ computari debent in ſortem[a]. Mutuans
rò ea mente, vt vltra ſortem aliquid recipiat,
in foro animæ ad illud reſtituendum, ſi ex
conſecutus eſt, etiamſi nulla conuentio interceſ
Alexander autem III. clericos vſurarios ſi mon
deſiſtant, ab officio & beneficio ſuſpendendos
ſcripſit[c]. Et ſi nec tum deſiſtant, degradandi

*An clerici poßint eſſe tabelliones, ſeu notar*

CAP. VII.

PRæterea, quia tabellionatus, ſeu notar
cium, genus quoddam negotiationis
traneum, atque alienum ab officio cle
ideo Innocentius III. Papa mandauit[e], illud
ſacris ordinibus conſtitutis, per beneficio
ctionem, appellatione poſtpoſita interdicen
ne ſcilicet illud inter laicos, à quibus cōuer
debet eſſe ſegregata, exerceant. In cauſis vero
ſticis apud clericos illius exercitium ipſis perm
beneficium non habeant, aut illud ſufficiens
eos alendum[f]. Si verò beneficium habeant,
uere poſſint, cùm hoc officium vile, & ſecu
dam genus negotiationis ſit, ita vt ab eo ſo
dicantur[g]; & ob hoc etiā prohibeatur decu
profectò clericis beneficiatis, habentibus vnde
viuant, ab illo abſtinendum eſt, ſuiſque offic
ſiaſticis, propter quæ data ſunt illis beneficia,
re debent[i]. Nec conſuetudo contra prædict
centij conſtitutionem induci poteſt, nec indu
quia eſt contra eccleſiæ honeſtatem[k].

Cum autem ex notariorum imperitia plur
na, & multarum occaſio litium oriatur, poteſt
pus ex decreto ſacri concilij Tridentini[l], quo
Notarios, etiamſi Apoſtolica, Imperiali, aut
ctoritate creati fuerint, etiam tanquam deleg
Apoſtolicæ, examinatione adhibita, eorum
tiam ſcrutari, illiſque non idoneis repertis,

*... quæſtus. de vſur.*
*Vſura eſt lucri-facere fructus rei pignoratæ.*
b *c. conſuluit. de vſur.*
c *ca. præterea. de vſur.*
*Pœna clerici vſurarij.*
d *Hoſtien. in d. c. 1. de vſur. & ca. ſi quis. oblitus. c. canonum c. quoniā. 14. q. 4.*
e *c. ſicut. et ib. gl. & Hoſtien. & alij ne cler. vel mona.*
f *Inno. Io. An. Hoſt. & Pan. in d. c. ſicut. & G ffr. et Hoſt. in ſum. eod. tit.*
g *in c. 2 et ibi glo. de vſur. in 6. l. non enim. ff. de adoption. Panor. in d. ca. ſicut.*
h *l. vniuerſos, & ibi gl. C. de decur.*
i *ca. fin. de reſcript. in 6 cap. generaliter. 16. q. 1. & c. reprehenſibile. & c. conuenior. 21. q. 8. Pa. d. c. ſicut*
k *arg. c. cum ab omni. et c. cum decorem. de vit. & hon. Io. An. et Panor. in d. cap. ſicut te.*
l *ſeſſ. 22. de refor. cap. 10.*

eorumque in officio delinquentibus, officij eius in negotijs, litibus, & cauſis eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus exercendi vſum perpetuò, aut ad tempus prohibere. Neque eorum appellatio interdictionem Ordinarij ſuſpendat. Debent autem, vt Hoſtienſis & Panormitanus tradunt[a], in principio ſui officij iurare. Primò quod de his, quæ videbunt, & audient, & requiſiti fuerint, ſine diminutione veritatis, & commiſtione falſitatis conficient inſtrumentum[b]. Ideo ſi requiſiti non conficiunt inſtrumentum, periuri ſunt. Similiter ſi falſitatem commiſerint[c]. Secundò, iurant, quod ſecreta ipſis ex iuſta cauſa iniuncta celabunt. Quodſi parti aduerſæ atteſtationes, antequam ſint publicatæ, pandant, periuri quoque dicuntur, & pœna falſi tenentur[d]; aliàs cùm ſint perſonæ publicæ, debent palàm, & non latenter conficere inſtrumenta[e]. Tertiò, ſuper vſurario contractu, vel ſub fraudem inito, vel alio quocumque illicito, quod nullum conficient inſtrumentum, alioqui periuri & infames efficiuntur, debentque puniri, & ab officio deponi, ſeu remoueri[f]. Quartò, quod de omnibus inſtrumentis, quæ conficiunt, tenebunt penes ſe protocollum (vt vocant[g].) Quintò, quod erunt fideles illi, a quo fuerint conſtituti. Et ſi ſcirent damnum illius tractari, illi reuelabunt per ſe, vel alium certum nuntiū[h]. Sextò, quod officium iſtud ipſis iniunctum cupiditate, amore, odio, & timore remotis, in omnibus, & per omnia ſecundum bonam conſciētiā fideliter exequentur[i]. Eſt autem hoc officium inſtitutum, & inuectum, vt contractus legitimi ad cautelam præſentium, & memoriam futurorum, manu publica notarentur, ne eorundem obliuio induceretur[k]. De horum officio vide [...]poſt conſtitutiones in Synodo Mediolanenſi part. 2.

## *An clericis permittenda ſit venatio.* CAP. VIII.

INter negotia ſecularia clericis prohibita numeratur & iſtud[l]; Canes, & aues ſequi ad venandum: nec id iniuria. Nam alibi iure pontificio cautum, & ſtatutum eſt[m], vt Epiſcopum, presbyterum, aut diaconum canes aut accipitres, aut huiuſmodi ad venandum habere non liceat. Beatus verò Iuo ad oſtendendum, quod

a in d. c. ſicut.
b arg. c. ad audientiā, de præſcript. Specul. l. 2. de inſtrum. edit. §. reſtat. Notariorū iuramentum.
c arg. c. teſtimonium. de teſt. l. ſi aliquid. C. de ſuſcept. Præpo. & arcar.
d Bald. in l. fin. C. de eden. Archid. in c. ſicut. diſt. 16.
e arg. c. 1. & ibi gl. vt eccleſ. ben. ſine diminu. conſ.
f arg. l. iubemus, et ibi Bar. C. de ſacroſ. eccle. Archid. in d. c. ſicut. diſt. 16. & in c. non licet. diſt. 10.
g arg. ca. quoniam, et ibi gl. et DD. de probat. & Spec. d. loco de inſtru. edit. §. inſtrumentum.
h Specu. d. loco. de inſtr. edit.
i arg. c. cū dilecta. de cōfirm. vtil. Hoſtiē. Io. And. & Pan. in d. c. ſicut te.
k Spec. d. loco. de inſtru. edit. §. reſtat.
l d. c. 1. ne cler. vel mona.
m in c. 1. de cleri. vena. Iuo; par. decr. cap. 366.

quod Epiſcopus vel clericus nullo modo venationi de-
beat inſiſtere, hæc ex reſcripto Nicolai Papæ ad Ar-
*a par. 5. decret. cap. 153. c. quorundã dist. 34.*
num Archiepiſcopum adfert verba[a]: Quorundam re-
latione fidelium auribus noſtris intimatum eſt, quod
Lanfredus Epiſcopus, qui & iuuenis dicitur, venationi
ſit deditus. Quod vitium plurimos, etiam de cleri-
catalogo, genere dũtaxat Germanos & Gallos im-
*Deplorat hic papa clericorum venationem.*
rentes implicat. O miſeram vitam hominum, & maxi-
me ſacerdotum, qui dum lucrandis fidelibus debent in-
ſiſtere, venandis feris incumbunt, & quos capere opor-
tet homines, capiunt aues, & beſtias, qui dum mori-
bus ſtudent animantium, vitam ſuarum amittunt ani-
*Venatio vita infelicissima.*
marum. O infelicem vitam ſuper omnem vitam,
in quo magis quiſque carnalis apparet, quam ...
vita? Venatorum enim vita nil præter carnem ...
qua dum quiſque permanſit, nunquam prod...
*Venatorẽ nunquam legimus ſanctum.*
Nam vt B. dixit Hieronymus[b], venatorem nun-
legimus ſanctum. Væ huiuſmodi Præſulibus, qui
*b In pſal. 90. & in c. Eſau. diſt. 80.*
debent Petrum, Andræam, Iacobum, & Ioannem, ...
bus à Domino dictum eſt[c]: Venite poſt me, faciam ...
*c Matth. 4. ca. & Marci. 1.*
piſcatores hominum) ad imitationem ſuam ...
quorum & diſcipuli ſunt, magis Nemroth & Isma-
lem, atque Eſau reprobos imitantur, qui huiuſmodi
inuentionibus incubuiſſe referuntur. Oportet ...
ternitatem tuam ſynodale cum Epiſcopis, & ...
neis tuis conuocare concilium, & hunc ſalutari ...
quiis Epiſcopum conuenire, atque illi paſtorali ...
ritate præcipere, quatenus ab omnium beſtiarum ...
volucrum venatione penitùs alienus exiſtat. Q...
parere cõtempſerit, & pro venationis declinat...
bis admonentibus obedire diſtulerit; à veſtro ...
excõmunicatus abſcedat. Quodſi in hoc contum...
huc apparuerit, à miniſterio ceſſare debebit.

Præterea, quia ſuprà diuerſis in locis demonſtratum
eſt, Canonicos, alioſque beneficiatos, debere ...
officia per ſe in eccleſia decantare, eò nunc detestabil...
eſt ipſorum venatio, quòd illam non ſine maximo ...
puli ſcandalo, & diminutione cultus & officii di...
ciant. Quis enim putet illum iuſtum, & legi...
fructuum, redituum, prouẽtuum ſui beneficij ...

Canonicum chori poſſeſſorem, qui primo diluculo non ad eccleſiam cauſa diuini officij illic peragendi vadat, propter quod habet beneficium; ſed ſurgens, congregat famulos, diſponit retia, canes producit, ſaltus, ſiluaſque perluſtrat? Seruulos ſecum pertrahit (fortaſſe magis ad eccleſiam propenſos & feſtinantes) & voluptatibus ſuis peccata accumulans aliena, reum ſe tam de ſuo delicto, quàm de perditione ſeruorũ facit[a]. Quid autem ſentiendum de illis, qui famulos ſuos & alios, etiã Dominicis ac feſtis diebus ad venationem ſeducere non erubeſcunt, neque verentur? Animaduertant, quæſo, quid D. Auguſtinus dixerit[b]: Obſeruemus, ait, diem Dominicam fratres, & ſanctificemus illam, ſicut antiquis præceptum eſt de Sabbato, dicente Legiſlatore; A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis Sabbata veſtra. Videamus ne otium noſtrum vanum ſit, ſed à veſpera diei Sabbati vſque in veſperam diei Dominicæ, ſequeſtrati à rurali opere, & ab omni negotio, ſoli diuino cultui vacemus. Sic quoque ſanctificamus ritè Sabbatum Domini. Veniat ergò, cuicumque poſſibile eſt, ad veſpertinam atque nocturnam celebrationem, & oret ibi in conuentu eccleſię pro peccatis ſuis Deum. Qui verò hoc non poſſit, ſaltem in domo ſua oret, & non negligat Deo ſoluere votum, ac reddere penſum ſeruitutis. In die verò nullus ſe à ſacra Miſſarum celebratione ſeparet, neque otioſus quis domi remaneat, ceteris ad eccleſiam pergentibus, neque in venatione ſe occupet, & diabolico mancipetur officio, circumuagando campos, & ſyluas, clamorem & cachinnum ore excitans, non gemitum, nec orationis verba ex intimo pectore ad Deum proferens.

a *c. amputatis, diſt. 86.*

b *ſerm. 251. de temp.*

Supra quoque quia dictum eſt, clericos debere eſſe pios, certe venari non poſſunt. Nam per hoc non pij, ſed mali, & impij eſſe dicentur. Siquidem vt D. Hieronymus ait[c], Eſau venator erat, quoniã peccator erat: & penitus non inuenimus in ſcripturis ſanctis, ſanctum quemquam venatorem: piſcatores inuenimus ſanctos. Itaque intolerabilis etiam videtur ille abuſus, quo ab eccleſiaſticis quibuſdam D. Hubertus, quondam Leodienſis primus Epiſcopus, tanquam venatorũ patronus colitur,

c *in pſal. 90. et in c. Eſau. diſt. 86.*

colitur, in hiſce præſertim prouinciis Belgicis; dum in
feſto ipſius magna ſolēnitate exteriori miſſam in ipſius
quaſi honorem, & memoriam celebrari curant, & ad
offertorium canes ſuos venaticos ſecum adducunt,
vt inter tremenda iſta myſteria videre ſit maximam
canum inter ſe colludentium, vel pugnantium inſolen-
tiam, & latratibus ſuis in eccleſia perturbare omnia.
Quod quàm ſit Deo ingratum, & contrarium, Chriſtus
ipſe ſuo opere demonſtrauit, cùm facto de funiculis fla-
gello, omnes vendentes, & ementes in templo, oues,
& boues, & columbas, eiecit, & numulariorum men-
ſas, atque æs effudit, atque ſubuertit, dicens: Auferte
iſta hinc, & nolite facere domum patris mei, domum
negotiationis: ſcriptum eſt enim: Domus mea do-
mus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam
a Matth. 21. c. & Io. 2. cap. Burchar. lib. 3. decret. cap. 84.
ſpeluncam latronum[a]. Si enim ea, quæ licitè ven-
debantur in templo, & ad hoc emebantur, vt in
templo offerentur Domino, ipſe ſic foras eiecit:
quæſo de hac canum, & venatorum inſolentia, &
irreuerentia in extremo iudicio dicturus eſt? quam
Prælatorum, & paſtorum in hoc abuſu conniuentiæ, &
tolerantia pronuntiabit ſententiam? Si enim eccleſia
locus angelorum, locus archangelorum, regia Dei, cæ-
b hom. 36. in epiſt. 1. ad Corinth.
lum ipſum eſt, vt D. Ioannes Chryſoſtomus[b] ait:
profectò indignum planè, ne dicam impium omnino
videtur huiuſmodi in eccleſia tolerare abuſum.
quidem hic nihil aliud, quàm ſancta ſonare decet,
ſi domus Dei domus orationis vocatur, hoc debet eſſe
quod dicitur; nec ibi aliud geri, aut recondi, ſicut
c cap. 3. et Burchar. lib. 3. decret. cap. 85.
tres in concilio Turonenſi declararūt[c]. Vbi enim
pus Domini conſecratur, ibi angelorum præſentia
dubitatur adeſſe. Vbi ſanctorum reliquiæ
venerantur, ne quid inhoneſtum appareat, quod
los ad orationem venientium offendat: ne quid
deatur, quod ad lucrum temporale pertineat.
nia ſancta, omnia munda, & tantummodo ad
ſticum miniſterium pertinentia. Vtinam iſtorum
trum ſuper hoc abuſu poſſemus nunc audire
& ſententiam. Patres verò in concilio Rhem
d par. 3. decr. cap. 2.
preſsè quoq; ſtatuerunt, referēte B. Iuone[d], vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

domuſque Dei à populis, iuxta dignitatem honoretur; canibus peruia non ſit. Secularia iudicia, negotia, vel vaniloquia in ea non exerceantur. Quia domus Dei domus orationis debet eſſe, non ſpelunca latronum. Concilio verò Mediolanẽſi expreſsè ſtatutum eſt [a]; nemini cũ venaticis canibus, vel volucribus in eccleſiam ingredi licere; & ſi ibi inueniantur, ab oſtiario expelli debere, finito autem prædicto venatorum ſacro, in honorẽ, vt aiunt, D. Huberti celebrato, & hilariter ſumpto ientaculo, omnes ſimul venatores venatum tunc abeunt, cornibus, tubis, & clamoribus perſtrepentes, & conturbantes plateas, ſiluas, atque ſaltus. Inde reuerſi comeſſatum veniunt lætabundi, præſertim, ſi quam prædam retulerint; & noctem ſequentem cornibus, tubis, & poculis ebibendis maxima cum laſciuia traducunt inſomnem. Et hæc omnia, proh dolor, in honorem & memoriam, vt aiunt, ſancti Huberti: contra illud, quod D. Auguſtinus ad Aurelium Epiſcopum his verbis ſcripſit [b]: Comeſſationes, & ebrietates ita conceſſæ, & licitæ putantur, vt in honorem beatiſſimorum martyrum non ſolùm per ſolennes dies, (quod ipſum quis non lugendum videat, qui hæc non carneis oculis inſpicit?) ſed etiam quotidiè celebrẽtur. Quæ fœditas, ſi tantùm flagitioſa & non etiam ſacrilega eſſet, quibuſcumque tolerantiæ viribus ſuſtentandam putaremus; cùm tamen perſuaſiſſimum nobis habeamus, ex nulla hiſtoria authẽtica demonſtrari poſſe D. Hubertum venationi operam dediſſe poſtquam à D. Lamberto piis monitionibus, & exhortationibus inductus ad militiæ renũtiationem, reliquiſſet curiam, & aulam Ducis Puppini. Sed cùm in Tongrenſi parochia adhuc paganus verſaretur, ipſi venanti Chriſtum inter cornua cerui apparuiſſe legitur [c], & ab eo ad D. Lambertum miſſum fuiſſe. Quod autem dicitur de ſancto Euſtachio, illum poſt ſui ad Deum conuerſionem venatorem fuiſſe, nec hoc de illo credere poſſumus verum eſſe. Quandoquidem Simon Metaphraſtes, cuius maxima in hiſtoriis eccleſiaſticis eſt authoritas, & fides, ſcribit quoque illum, dum adhuc paganus eſſet, in venatione per apparitionem imaginis crucifixi inter

*Canes in eccleſia permittendi non ſunt.*

a *an. Dn. 1566 parte 2. tit. de oſtiario. & tit. de eccleſ. et earum cultu.*

*Venatores quomodo feſtũ D. Huberti ſui (vt aiunt) patron. celebrent.*

b *epiſt. 64. & c. 1. diſt. 44.*

*An D. Hubertus & Euſtachius poſt ſui conuerſionem venatores fuerint.*

c *apud Molanum in indice ſanctor. Belgij.*

cornua cerui conuerſum, ſed poſtea nunquam cum venatum eſſe narrat. Itaque veriſimilius eſt illum ſanctitatem ſibi non conciliaſſe venatione, ſed de illa quam ante conuerſionem ſui, & ſanctitatem fecerat, pœnitentiam egiſſe; nec illum venatorem ex hac vita deceſſiſſe [a].

Quare non temerè, neque iniuria omnibus Deo ſeruis, ſeu clericis venationes, & ſiluaticæ vagationes cum canibus; & accipitres, aut falcones habere in pontificio [b], & à Sancta Tridentina Synodo [c] interdictum eſt. Quod ſi Epiſcopus in hoc deliquerit, tribus menſibus à communione; ſi presbyter, duobus; diaconus, ab omni officio ſuſpendendus eſt [d]. De ſubdiacono verò puniendo, idem quod de diacono dicendum eſt. Alij verò inferiores clerici pro arbitrio ſuperioris puniendi veniunt [e]. Si verò prædicti moniti ſeu correcti à venatione ceſſare noluerint, deponi poterunt, non tam propter venationem, quam propter eorundem inobedientiam [f]. Adeò autem clericis, præſertim in ordine aliquo ſacro conſtitutis eſt prohibita venatio, quod huic prohibitioni per contrariam conſuetudinem derogari, ſeu præſcribi non poſſit. Ceterum ſi neceſſitas famis clericos vrgeret, aut ſi apri, aut lupi, aut ſimiles beſtiæ vineas, aut ſegetes eorum vaſtarent, tunc à venatione excuſari poſſunt. Similiter vel fructus quorundā beneficiorum in feris conſiſterent, ſicuti in quibuſdam prouinciis, tum illarum apprehenſionem ſeu capturam per alium potius fieri procurent, quàm vt ipſimet capiant; propterea quod venatio, vt Hoſtienſis inquit [h], vix ſine peccato fiat. Quin Canonicis regularibus, & aliis monachis à Clemente Papa quinto in Concilio Viennenſi ſtatutum eſt, vt venationibus, & aucupationibus omnes ſemper abſtineant, nec eis intereſſe, vel canes, aut aues venaticas per ſe, vel alios tenere præſumant, nec à familiaribus ſecum morantibus teneri permittant, niſi ſaltus, nemoria, vel garenas proprias, vel ius venandi in aliis haberent, in quibus cuniculi, vel feræ aliæ forſan eſſent: quo caſu hoc eis permittitur; dum tamen intra monaſteria, ſeu domos, quas inhabitant, aut coniunctas

a gloſ. in ca. 1. diſt. 34. & in c. Eſau. diſt. 86. Hoſtiē. in ſum. de cler. venat. Panor. in d. c. 1. de cler. venat. Io. Monthol. in prōpt. vtri. iur. ad verb. venat.

b d. c. 1. ne cle. vel mo. & d. c. 1. & 2. de cler. venat.

c ſeſſ. 24. de reform. cap 12.

d d. c. 1. et ibi Hoſtien. de cler. venat Iuo par. 6. decre. c. 288.

e Hoſtiē. in d. c. 1. arg. c. miramur. de ſeru. nō ordin. et Io. And. in d. c. 1.

f Archid. in c. 1. diſt. 34. & ibid. Præp. Auan. in d. c. 1. de cler. venat.

g Diaz in pra. crim. canon. c. 61. alleg. Hoſt. & Auan. in c. 2. de cler. ven.

h in ſum. de cler. venat. Vide Archidiaco. in c. quorundā. diſt. 34.

i clem 1. de ſta. monach. vel Canon. regul.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

us venaticos canes non teneant, nec venationi præſentiam exhibeant perſonalem. Qui verò recreationis cauſa, ad excitandum appetitum, ſeu naturalem calorem, licitam ſibi putant venationem; hoc friuolum planè eſſe videtur. Nam ſi clerico pauperi ad quærendum victum illam facere permiſſum non ſit [a], propterea quod alia ratione, honeſto ſcilicet artificiolo illum ſibi parare poſſit [b]. Certè ad excitandum calorem naturalem, vel etiam appetitum, non eſt quod vlli clericorum venatio permittatur; quandoquidem illum aliis diuerſis, & honeſtis modis, atque exercitijs excitare poſſit: vtpote deambulando, fabricando, in horto fodiendo, vel quid aliud ſimile extra tempus diuini officij faciendo [c].

Sunt & alia venationum genera, quæ clericis inhibita eſſe nemini dubium eſt: quædam enim eſt hominum oppreſſiua, ſiue violenta: de qua Nemroth dicitur fuiſſe robuſtus venator coram Deo, id eſt, hominum oppreſſor, & extinctor, quos ad turrim ædificandam illexit [d]. Alia eſt adulatoria, qua vtuntur hiſtriones, & ſimiles, qui verbis adulatoriis laudant homines de bono, quod illos non habere ſciunt, quibus illos capiunt, ſicut in venatione capiuntur beſtiæ. De quibus D. Auguſtinus ſcribens [e]: Donare, inquit, res ſuas hiſtrionibus vitium eſt immane, non virtus; & ſcitis de talibus, quàm ſit frequens fama cum laude, quia laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicitur. Rurſus idem [f]: Qui venatoribus donant, non hominibus donant, ſed arti nequiſſimæ. Nam ſi homo tantum eſſet, & venator non eſſet, non ei donares. Honoras in eo vitium, non naturam. Vident quidem homines venatores, & delectantur. Væ miſeris, ſi ſe non correxerint. Qui enim venatorem vident, & delectantur, videbunt Saluatorem, & triſtabuntur. [g] Tertia verò eſt venaria, cùm quis ſalario accepto cum beſtiis, feris, & indomitis pugnat; qui & infamis per hoc efficitur [h].

*Canonici regulares & alij monachi venationi perſonalē non poſſunt exhibere præſentiam.*

a *Syluest. in ſum. in verb. venatio.*

b *c. clericus. 1. & 2. et c. preſbyter. diſt. 91. & c. 1. & ibi glo. & DD. de celebrat. miſſa.*

c *iuxta iura ſupra alleg.*

*Alia venatoria genera.*

d *c. fin. diſt. 6.*

e *in c. donare, diſt. 86.*

f *in c. qui venatoribus, d. diſt. 86.*

g *in c. vident. d. diſt.*

h *l. 1. ff de poſtul. Hoſt. 10. And. Fano. in d. cap. 1. de cler. venat. Goffred. et Hoſt. in ſum. cod. tit. Io. Mōthol. in prompt. vtr. iur. ad verb. venatio.*

## *De ſortilegis, & ſortibus, eorumq; diuerſis generibus.*
## CAPVT IX.

*Sortilegi.*
a *cap.1.26.q.1.*

SVnt autem ſortilegi, qui, vt B. Iſidorus definit[a], ſub nomine fictæ religionis per quaſdam (quas ſanctorum ſeu Apoſtolorum vocant) ſortes diuinationis ſcientiam profitentur; aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt.

*Sortes.*

Sortes verò propriè dicuntur, cùm aliquid fit ſerio ab hominibus vt eius euentu conſiderato, id quod occultum eſt innoteſcat[b]. Et hæ triplices ſunt: Aliæ enim ſunt diuiſoriæ, vt cùm earum iudicio quæritur, quid cui ſit adiudicandum; ſiue illud ſit res poſſeſſa, ſiue honor, dignitas, pœna, vel actio. Ad hoc autem vt licitæ hæ ſint, requiritur quod prudenter fiant, & ſine periculo communis boni, vel iuſtitiæ; vt cùm homines ſuper re controuerſa conuenire, & concordare non poſſunt, illam fortunæ exponentes ſortibus committunt; in quo non videtur eſſe vitium niſi fortè vanitatis; illud fit ex neceſſitate, vel cum animi leuitate facientes[c].

*Triplices ſunt ſortes.*
*Diuiſoriæ ſortes.*
b *Thom. 2. 2. quæſt. 98. art. vlt. Archid. in c. ſors. 26. q. 2.*

*Conſultoriæ ſortes.*
c *Tho. et Archid. dd. locis. Caieta. et Sum. in ſum. ad ver. ſors.*
d *arg. c. quæritur. 22. q. 2. & ca. ſi nulla. 23. q. vlt. Archidia. in d. ca. ſors.*
e *c. non exemplo. 26. q. 2.*
f *in epiſt. 119. ad Ianu. & ca. hi qui. 26. q. 2.*

Aliæ ſunt ſortes conſultoriæ, quando expectatur iudicium à Deo, eum quaſi conſulendo, quid faciendum ſit ex euentu ſortium. Quod vt licitè & rectè fiat, requiritur, vt propter neceſſitatem fiat, & quod aliàs atque ratione humana fieri non poſſit, aliòquin eſſet tentare Deum, quod non licet[d]. Tum vt etiam in huiuſmodi neceſſitate ſumma cum reuerentia, & magna cum deliberatione, atque præmiſſa oratione fiant exemplo Apoſtolorum, qui non niſi collecto fidelium cœtu, & precibus ad Deum fuſis hoc egerunt[e]. Tertiò, quod pro negotio ſpirituali fiant & non ſeculari, nam diuina oracula ad terrena negotia conuertenda non ſunt, dicente D. Auguſtino[f]: Hi qui de paginis euangelicis ſortes legunt; & ſi optandum eſt, vt id potius faciant, quàm ad dæmonia conſulenda concurrant, tamen iſta mihi diſplicet conſuetudo, ad negotia ſecularia, & ad vitæ huius vanitatem diuina oracula velle conuertere. Quartò, ne in eccleſiaſticis electionibus fiant, quæ ex Spirituſſancti inſpiratione fieri debent. Nam in his ſortibus vti cùm multa reprehenſione dignum ſit, Honorius Papa III, perpetua prohi-

*In electionibus non eſt vtendum ſortibus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

damnauit[a]. In temporalibus verò, ſeu ſæcularibus dignitatibus, quæ ad terrena diſponenda ordinantur permittitur, obſeruatis ſupradictis, vt in eorum electione ſortibus vtantur; ſicut in temporalium rerum diuiſione. In aliis autem caſibus non prohibitis, ſi neceſſitas immineat, licitum videtur cum debita reuerentia ſortibus diuinum iudicium implorare. Vnde D. Auguſtinus ad Honoratum ſcribens[b]: Si, inquit, inter Dei miniſtros ſit diſceptatio, qui eorum perſecutionis tempore maneant (ne fuga fiat omnium) & qui eorum fugiant, ne morte omnium deſeratur eccleſia: Si hæc diſceptatio aliter non potuerit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant ſorte eligendi ſunt. Sortes diuinatoriæ ſunt, cùm inquiritur cognitio futurorum euentuum, vel præſentium, aut præteritorum occultorum non à Deo, neque à fortuna, aut natura, ſed à diaboli ſuggeſtione expreſsè, vel implicitè[c]. Et huiuſmodi ſortes omnibus Chriſtianis ac præcipuè clericis ſunt interdictæ. De quibus Leo Papa IIII. ſcribens Epiſcopis Britanniæ dicit[d]: Sortes, quibus cuncta vos veſtris diſcriminatis prouinciis, quas patres damnauerunt, nihil aliud quàm diuinationes, & maleficia eſſe decernimus. Quamobrem volumus illas omninò damnari, & inter Chriſtianos vltrà nolumus nominari: & ne exerceantur anathematis interdicto prohibemus. Hos enim tanquam inimicos Chriſti inſequendos D. Gregorius declarauit his verbis cuidã Notario[e]: Peruenit ad nos, quòd quoſdam incantatores, atque ſortilegos fueris inſecutus: & omninò nobis ſolicitudinem zelumque tuum gratum fuiſſe cognoſcas. Studij enim tui ſit ſolicitè quærere, & quoſcumque huiuſmodi inimicos inueneris, diſtricta vltione corrigere.

Harum ſortium ſecundum propria obiecta, & materias multæ ſunt ſpecis. Nam ſi expreſsè dæmones inuocentur, ſolent variis modis conſulentibus reſpondere. Primò per præſtigium, fictis & ſimulatis apparitionibus ſe aſpectui, & auditui hominum ingerentes. Secundò, per ſomnia, quorum obſeruationem Deus in veteri lege expreſsè prohibuit[f], niſi fortè à Deo alicui per ſomniũ reuelatio aliqua fiat, de qua poſt ſomnium

*Perſecutionis tempore quomodo clericis ſorte vtendum ſit.*

*Diuinatoriæ ſortes.*

*Diuinatoriarũ ſortium multæ ſunt ſpecies, de quibus vide Alphonſ. Aluarez in Theſauro Chriſtianæ religio. cap. 60. Concil. Mediola. part. 1. tit. de magic. artib.*

a *c. fin. & ibi gloſ. et DD. de ſortileg. Archid. in d. cap. ſors.*

b *epiſt. 180.*

c *Thom. et Archid. dd. locis. Io. Monthol. in prompt. vtr. iu. ad verb. ſort. Vigue. in inſti. ad Chriſt. theol. cap. 5. §. 6. verſ. 4.*

d *c. ſortes. 26. q. 5.*

e *epiſt. 47. lib. 9. c. peruenit. 26. q. 5.*

f *Deut. 18. cap. 2.*


in vi-

in vigilia certior fiat, quod non fit, dum ex dæmonum illuſione prouenit. Tertiò, per mortuorum apparitionem[a]. Quartò, per homines viuos habentes ſpiritus, ſiue dæmones familiares. Quintò, per aliquas figuras vel ſigna, quę in rebus inanimatis apparent[b]: quod etiã quatuor fere fit modis: in terra, in aqua, aëre, & igne. Et ſecundum hæc ſua ſortiuntur nomina.

Si verò dæmones non inuocentur expreſſe, sed præter intentionem, & opinionem hominum ſponte ingerunt ad prænuntiandum futura, vel indicandum & interpretandum præſentia hominibus occulta & ignota, quod variis quoque modis faciunt. Primò tem hæc præſtant per aſtrologos, qui geneſes, natiuitates hominum per duodecim cæli ſigna deſcribunt, ſyderumque curſus, & quomodo ſe illa habeant cum quiſque naſcitur: ex quibus naſcentium mores & euentus prædicere conantur[c]. De quibus D. Augu- ſtinus ſcribens[d]: Sunt, inquit, qui olim genethliaci propter natalium conſiderationes dicrum vocabantur, nunc autem vulgo Mathematici vocantur. Nam & ipſi, quamuis veram ſtellarum poſitionem cùm quiſque naſcitur conſectentur, & aliquando etiam perueſtigent, tamen quod inde conantur vel actiones noſtras, vel actionum euentus prædicere, nimis errant. Et idem alibi[e]: Illos planetarios (quos Mathematicos vocant) planè conſulere non deſiſtebant: quòd quaſi nullum eis ſacrificium, & nullæ preces ad aliquem ſpiritum diuinationem dirigerentur: quod tamen Chriſtiana vera pietas expellit, & dãnat. Secundò, per voces auium aut quorumcumque animalium; & hoc augurium vocant[f]. Tertiò, per motus, vel per ſaltus membrorum animalium occiſorum, & hoc vocant auſpicium, quæ iter facientes in auibus obſeruant[g]. Quartò, verba hominum abſque intentione dicta, & hoc vocatur omen. Quintò, per figuras, & lineas in manu porrectas, & hanc diuinationem chiromantiam vocant.

Huc etiam referendæ ſunt ligaturæ execrabiles remediorum quæ medicorum quoque diſciplina condemnat, ſiue in præcantationibus, ſiue in quibuſdam notis quas characteres vocant, ſiue in quibuſcumque ...

*a c. nec mirum. 26. q. 5. Thom. & Viguer. dd. locis.*

*b Hoſtien. & Goffre. in ſum. tit. de ſortil. d. ca. nec mirum. Sylueſt. in ſum. ad verb. ſuperſtitio.*

*Quibus modis dæmones futura prædicere conentur.*

*Aſtrologi.*

*c c. 1. 26. q. 3. & 4.*

*Genethliaci & Mathematici.*

*d lib. 2. de doctri. Chriſt. ca. 23. & c. illud. 26. q. 2.*

*e lib. 4. confeſſion. cap. 3. c. illos. 26. q. 2.*

*f c. 1. 26. q. 3. & 4. & d. c. nec mirum.*

*Augures.*

*Auſpices.*

*g d. c. 1.*

*Ominatores.*

*Chiromãtici.*

*Phyſici.*

ſpendendis, atque ligandis, vel etiam ſaltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, ſed ad quaſdam ſignificationes, aut occultas, aut etiam manifeſtas, quę eminētiori nomine, vt D. Auguſtinis, inquit, phyſicam vocant[a]. In quibus omnibus ars dęmonū eſt, ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & angelorum malorum exorta. Vnde hæc cuncta vitanda ſunt Chriſtiano, & omni penitus execratione repudianda, atque damnanda. His enim portentis per diabolorum fallaciā illuditur curioſitas humana, quando id impudenter appetunt ſcire, quod nulla ratione competit eis inueſtigare. Hæc poteſtas immundis ſpiritibus ideo datur, vt peruerſos ſibi aptent, hoc eſt, prauos homines ſeducāt, illos ſcilicet, qui ſpernunt veritatem, & credunt mendacio, iuxta Pauli ſententiam[b]: Sanam doctrinam non ferent, ſed ad ſua deſideria coacerruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur; onerati peccatis ducentur variis deſideriis: ſemper diſcentes, nunquam ad ſcientiæ veritatem peruenientes.

a d. cap. 23. de doct. Chriſt. et d. c. illud.

b 2. Tim. 4.

*Obiectio.*

Si quis autem opponat, & dicat: Quomodo eueniūt illa, quæ illi diuini prædicunt futura? aut quomodo poſſunt ægris præbere medelam, aut ſanis immittere ægritudinem, ſi aliquid propriæ virtutis ac poteſtatis non habeāt? Hoc recipiat reſponſum; quod ideo quiſquam non debet eis credere, quia aliquando eueniunt quæ prædicunt, aut ſanare videntur languidos, aut lædere ſanos, quia hoc permiſſu Dei fit, vt ipſi, qui hæc audiūt, vel vident, probentur, & appareant; qua fide ſint, vel deuotione erga Deū, ſicut in Deuteronomio legitur[c]: Moyſes ex verbo Dei populo præcepiſſe ita dicens: Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomnium dicat ſe vidiſſe, & prædixerit ſignum, atque portētum, & euenerit, quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus, & ſequamur deos alienos, quos ignoramus; & ſeruiamus eis: Non audies verba Prophetæ, aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non. In toto corde veſtro, & in tota anima veſtra Dominum Deum veſtrum ſequimini; ipſum timete; mandata eius cuſtodite; &

*Solutio.*

*Cur Deus permittat dæmones interdū vera prædicere, vel occulta reuelare, aut ægros ſanare, vel ſanos lædere.*

c cap. 13. Deut.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

audite vocem illius, ipſi ſeruietis, & ipſi adhęrebitis.
Vbi ſanè intelligi voluit, etiam illa, quæ à diuinantibus
non ſecundum Deum dicũtur, ſi acciderint quæ dicun-
tur, non ſunt ſic accipienda, vt fiant quæ præcipiuntur
ab eis, nec colantur, quæ coluntur ab eis. Nec per
ſuam poteſtatem Deus oſtendit eſſe, quod iſta contin-
gunt: ſed quaſi quæreretur, cur ea permittat, causam
tentationis expoſuit, ad cognoſcendam vtique eorum
*a d. c. nec mirum. 26. q. 5.* dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum suum.
*Natura dæmonum.* Deinde ſciendum hãc eſſe naturam dæmonum, ut
mine ſenſus & celeritate motus multò ante com-
prænuntiant quæ homines præ ſenſus terreni tarditate
mirentur. Acceſſit etiam dæmonibus per tam longum
tempus, quo eorum vita protenditur, rerum
maior experientia, quàm poteſt hominibus pro
breuitatem vitæ prouenire. Præterea ſciendum
los ea plerumque prænuntiare, quæ ipſi facturi
Accipiunt enim ſæpe poteſtatẽ & morbos immit-
di, & ipſum aërem vitiando morbidum reddendi
peruerſis, atque amatoribus terrenorum commodorum
malefacta ſuadendi: de quorũ moribus certi ſunt
ſint eis talia ſuadentibus conſenſuri. Suadent autem
miris, & inuiſibilibus modis per illam ſubtilitatem
pora hominum non ſentientium penetrando, & co-
gitationibus eorum per quędã imaginaria viſa mi-
do ſiue vigilantium, ſiue dormientium. Aliquando
tem non quæ ipſi faciunt, ſed quæ naturalibus ſignis
tura prænoſcunt (quæ ſigna in hominum ſenſus
*Medicus ex ſua præuidẽtia ſeu prædictione nõ eſt diuinus habendus.* non poſſunt) antè prædicunt. Neque enim quia
uidet medicus quæ præuidere neſcit eius artis ignarus,
ideo diuinus habendus eſt. Quid autem mirũ, ſi
admodum ille corporis humani perturbata, vel
ficata temperie, ſeu bonas, ſeu malas futuras
valetudines: ſic dæmones in aëris affectione
*Quomodo dæmones interdũ hominum cogitationes cognoſcunt.* nobis ignotas, futuras præuident tempeſtates
quando etiam hominum diſpoſitiones non ſolum
prolatas, verumetiã cogitatione conceptas, cum
quædam ex animo exprimuntur in corpore,
litate perdiſcunt; atque hinc etiam multa futura
nuntiant: aliis videlicet mira, qui iſta diſpoſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uerunt. Fallunt, & ſtudio fallendi, & inuida volun-
te hominum errore lætantur[a]. Qui ergo ſine Salua-
ore ſalutem vult habere; & ſine vera ſapientia æſtimat
ſe prudentem fieri poſſe; non ſanus, ſed æger; non pru-
dens, ſed ſtultus in ægritudine ſua laborabit, & in cæci-
tate noxia ſtultus, & demens permanebit; ac proinde
omnis inquiſitio, & omnis curatio, quæ à diuinis, &
magicis artibus, vel ab ipſis dæmoniis in idolorum cul-
tura expetitur, mors potius dicenda eſt, quàm vita; &
qui ea ſectantur, ſi ſe non correxerint, ad æternam per-
ditionem tendunt[b].

a c. ſciendum. 26. q. 4.

b ca. qui ſine. 26. q. 2.

His adiunguntur, iudicio, & ſentẽtia D. Auguſtini[c],
multis inaniſſimarũ obſeruationũ; Si membrũ aliquod
ſaliat, ſi iunctim ambulantibus amicis, canis, aut la-
pis aut puer medius interuenerit. Hinc ſunt etiam illa:
Limen calcare, cùm ante domum ſuam quis tranſit;
redire ad lectum; ſi quis cùm ſe calceat, ſternutauerit;
redire domum, ſi procidens offenderit, vel ſi veſtis à
ſoricibus roditur. Quis autem exiſtimaret, quàm ma-
gnum peccatum ſit dies obſeruare, & menſes, & annos,
& tempora: ſicut obſeruant, qui certis diebus ſiue, men-
ſibus, ſiue annis volunt, & nolunt aliquid inchoare, eo
quòd ſecundum vanas doctrinas hominum, fauſta, vel
infauſta exiſtiment tempora; niſi huius mali magnitu-
dinem ex timore Apoſtoli pẽſaremus, qui talibus ait[d].
Timeo ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. Quod
quamuis tanta celebritate, atque auctoritate per orbem
terrarum in eccleſiis legatur, plena ſunt tamen cõuen-
ticula noſtra hominibus, qui tempora rerum agenda-
rum à mathematicis accipiunt[e]. Quocirca & Martinus
Papa ſtatuit[f], vt non liceat iniquas obſeruationes agere
calendarum, & otiis vacare; neque lauro, aut viridi-
tate arborum cingere domos: Omnis enim hæc obſer-
uatio paganorum eſt. Si quis autem calendas Ianuarij
ritu paganorum colere, vel aliquid plus noui facere pro-
pter nouum annum, aut menſas cum lampadibus, vel
epulas in domibus præparare, & per vicos, & plateas
cantores, & choros ducere prẹſumpſerit, anathema eſſe
Zacharias Papa definiuit[g].
De his obſeruationibus D. Auguſtinus verba faciẽs[h]:

c cap. 23. lib. 2. de doct. Chriſt. & c. illud. 26. q. 2.

Magnum peccatum eſt dies obſeruare.

d Galat. 4.

e Auguſt. in enchi. cap. 79. & ſuper. epiſt. ad Galat. c. 4. & c. quis exiſtimaret. 26. q. 7.

f ca. non licet. 27. q. 26.

Calẽdæ Ianuarij quomodo coli prohibeãtur.

g c. ſi quis calendas. 26. q. 7.

h in c. non obſeruetis. 26. q. 7.

Non obſeruetis, inquit, dies, qui dicuntur Ægyptiaci,
aut calendas Ianuarij, in quibus cantilenæ quædam, &
comeſſationes, & ad inuicem dona donantur, quaſi in
principio anni boni fati augurio; aut aliquos menſes,
aut tempora, aut dies, & annos, aut lunæ ſoliſque cur-
ſum: quia qui has, & quaſcumque diuinationes, aut
fata, aut auguria obſeruat, aut attendit; aut conſentit
obſeruãtibus, inutiliter & ſine cauſa magis ad ſui dam-
nationem, quàm ad ſalutem tendit: ſiue qui per quoſ-
dam numeros literarum, & lunæ, & per Pythagoricam
necromantiam, ægrotantium vitam, vel mortem, vel
proſpera, vel aduerſa futura inquirunt: ſiue qui atten-
dunt ſomnialia ſcripta, & falsò Danielis nomine inti-
tulata; & ſortes, quæ dicuntur ſanctorum Apoſtolo-
rum; & auguria auium; aut aliqua pro domo facien-
aut propter coniugia copulanda; aut in collectionibus
herbarum carmina dicunt; aut pyctaciola pro
infirmitate ſcripta ſuper homines & animalia ponunt
præter ſymbolum, & orationem Dominicam
gicis falſitatibus, & grandinariis tempeſtatibus
*Quã grauiter magicis credentes, vel eos conſulentes peccẽt.* Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domũ
tes, aut ſuis domibus introducunt, & interrogant
ſe fidem Chriſtianam, & baptiſmum præuaricaſſe,
vt paganum, & apoſtatam, id eſt, retro abeuntem,
Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternũ incurrere,
niſi eccleſiaſtica pœnitẽtia emẽdatus Deo reconcilietur.
a 1. *Corint*. 10. Dicit enim Apoſtolus[a]: Siue manducatis, ſiue bibitis,
ſiue aliquid aliud facitis, in nomine Domini noſtri Ie-
ſv Chriſti facite, in quo viuimus, mouemur, & ſumus.

*Clerici ſortilegi, vel conſulentes ſortilegos qua pœna ſint afficiendi.* CAP. X.

QVoniam ex dæmonum conſultationibus futura
prædicere, vel præſentia, aut præterita quæ
quæ naturali ratione cognoſci non poſſunt,
diaboli ſuggeſtione interpretari, ſeu alia ſortilegia ex-
ercere, quoddam idololatriæ genus eſt, diuinitatem
creaturis attribuendo, rectè à Patribus in cõcilio Agath-
thenſi conſtitutum eſt[b], vt clerici ſiue laici ſortilegiis,
b *cap*. 42. *et c. aliquanti*. 26. *q*. 5. auguriis, & qui ſub nomine fictę religionis per eas
ſanctorum Patrum ſortes vocant, diuinationes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

profitentur; aut quarumcumque ſcripturarũ inſpectione futura promittunt, vel qui hos conſulere audent, ab eccleſia habeantur extranei. Cui conſonat & illud concilij Aurelianenſis 1[a]: Si quis clericus, monachus, vel ſæcularis diuinationes, vel auguria crediderit obſeruanda, vel ſortes (quas mentiuntur eſſe ſanctorum) quibuſcumque putauerint imitãdas, cum his, qui cũ eis crediderint, ab eccleſiæ cõmunione pellantur. Et in cõcilio 4. Carthaginenſi[b]: auguriis, & incantationibus ſeruiẽs, ſimiliter Iudaicis ſuperſtitionibus, vel feriis inhærens, à conuentu eccleſiæ ſeparãdus præcipitur[c]. Deinde D. Auguſtinus, referente Gratiano[d], voluit, vt fideles ſacerdotes admonerent populos ſuos, quò noſſent magicas artes incantationeſq; quibuſlibet infirmitatibus hominum nihil remedij poſſe cõferre: non animalibus lãguentibus, claudicantibúſue, vel etiã moribundis quicquam mederi: ſed hæc eſſe laqueos, & inſidias antiqui hoſtis; quibus ille perfidus genus humanũ decipere nititur. Et ſi quis hoc exercuerit; clericus degradetur; laicus anathematizetur. D. verò Gregorius huiuſmodi idolorum cultores, aruſpices, atque ſortilegos ſi ſe emendare à talibus nollent, ſi ſerui eſſent, verberibus caſtigari voluit: ſi verò liberi, incluſione dignos, diſtrictamq; in pœnã redigendos cenſuit[e]. In concilio verò Aquirenſi[f] mandatum eſt Epiſcopis, eorumq; miniſtirs, vt omnibus modis elaborare ſtudeãt, quo pernicioſam, & à diabolo inuentam ſortilegam & magicã artem ex parœciis ſuis penitus eradicent, & ſi aliquẽ huiuſmodi ſceleris ſectatorem inuenirent, turpiter dehoneſtatum de parœciis ſuis eiicerent: ſubuerſi enim ſunt, & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore ſuo diaboli ſuffragia quærunt: & ideo à tali peſte dicebant ſanctam eccleſiam debere mundari. In concilio verò Lateranenſi ſub Leone 10. decreto ſtatuitur[g], quod clerici, qui inuenti fuerint culpabiles in ſortilegiis, arbitrio Superiorũ infamia notentur: ſi verò non deſtiterint, deponantur, atque in monaſterium ad tempus arbitrio Superiorum præfiniendum detrudantur, beneficiis, & officiis eccleſiaſticis priuentur. Iure verò ciuili ſortilegorum, tanquam communis ſalutis hoſtium, pœna mors eſt[h].

a *cap. 32. & c. ſi quis clericus. 26. q. 5.*

b *cap. 89.*

c *cap. auguriis. 26. q. 5.*

d *in ca. admoneant. 26. q. 7.*

e *epiſt. 66. lib. 7. & c. contra. 26. q. 5.*

f *c. epiſcopi. 26. q. 5.*

g *in 9. ſeſſio. vt refert Diaz in pract. crimina. cano. cap. 100.*

h *l. nullus. l. nemo. l. multi. l. etſi. & l. fin. C. de maleſ. & mathem.*

Siquis

*Quæſtio.*

Si quis verò interroget, anne liceat ſortilegium fa-
cere ad recuperandum, quæ nobis furto ablata vel per-
dita ſunt. Huic reſpondendum videtur, in concilio To-

*Reſponſio.*

letano 4 ſtatutum eſſe [a]: Si quis Epiſcopus, pres-
byter, vel diaconus, vel quilibet de ordinibus cleri-
rum, aruſpices, aut incantatores, aut ariolos, aut augu-
res, vel ſortilegos, vel qui profitentur artem magi-
aut aliquos eorum ſimilia exercentes conſuluiſſe
deprehenſus, ab honore dignitatis ſuæ ſuſpenſus mona-
ſterij curam ſuſcipiat, ibique pœnitentiæ perpe-
ditus, ſcelus admiſſum ſacrilegij ſoluat. Nam

*Obiectio.*

autem præmiſſis c. 1. & 2. de ſortilegiis, in
longè mitior pœna ſortilegis ſtatuta videtur.

*Solutio.*

c. 1. quod pro ſortilegiis ad inueniendum furta
tantùm pœnitentiam quadraginta dierum; b
interpretum intelligendum venit in foro pœnit
quandoquidem, vt illius inſcriptio habet, ex pœni-
tiali Theodori deſumptum eſt. Ad c. 2. reſpon-
pœnam per illud impoſitam non eſſe ordinari
munem pro omnibus ſortilegis, ſed ex diſpenſ
clementia, atque miſericordia Pontificis intelligen-
eſſe. Nam cùm papa intellexiſſet presbyterum
ibi fit mētio, cum quodam infami ad priuatum
acceſſiſſe, non ea intentione, vt vocaret dæmon
ex bono zelo, & ſimplicitate, vt inſpectione
furtum cuiuſdam eccleſiæ poſſet recuperari:
non obſtante, declarat Pontifex grauiſſimum
lud, quod feciſſet, & nō modicā inde maculam
contraxiſſe; mandādo idcirco Patriarchæ ſeu Epiſ
prædicti presbyteri, quatenus pro expiatione
licti talem pœnitentiam ei imponat, vt per an
amplius, ſi eidem viſum foret, presbyterij
miniſterio præciperet abſtinere: & ex tunc lib
eſſet ſacerdotis officium exercere. Quinimò Pan
tanus ex d. c. 2. colligit; quod ſacerdos conſul
tilegos grauiſſimè puniri poſſit ſecundum qua
delicti, & eius intentionem; ſic vt potuiſſet
ſacerdos priuari beneficio & officio; ſed dign
miſericordia, quia ex ſimplicitate & bono zelo
intuitu eccleſiæ feciſſet. Et idcirco in pœna im

a cap. 28. & c. ſi quis Epiſcopus. 26. q. 5. Diaz in pract. crim. can. cap. 101.

b gloſ. & Panor. & alij in d. c. 1. de ſortil.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſortilegis, vel eos conſulentibus debere animaduerti ad qualitatem, & quantitatem delicti, & ad animum delinquentis: & ſecundum hoc pœnā imponere, quandoque acerrimam, quandoque grauem, quandoque leuem[a]. Et quod vltra pœnas in iure pontificio poſitas, poſſit Epiſcopus tales ſortilegos dehoneſtare, mitram ſcilicet illis imponendo, vel ad ſcalas cum vituperio conſtituendo, eoſque extra diœceſim eiiciendo[b]. Si quis autem ſcire deſideret, quomodo ſuccurrendum, & opitulandum ſit hominibus, qui à diabolo obſidentur, vel quorum corpora, aut pecora à ſortilegis per maleficia, & incantationes affliguntur: vel ædes maligni ſpiritus infeſtatione redduntur incommodæ & formidabiles, vel à mortuorū (vt putant) ſpiritibus vexantur, & tentantur; legat is B. Athanaſium de vita S. Antonij; exorciſmos D. Baſilij, & Chryſoſtomi, & inſignem tractatum à R^mo D. noſtro Martino Rhytouio Epiſcopo Iprenſi aduerſus infeſtationes dæmonum, & incantationum maleficia editum.

a *arg. l. hodie, & l. aut facta. ff. de pœ. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa.*

b *Panor. ca. 1. de ſortileg. Io. Monthol. in prōpt. vtr. iur. ad verb. diuinare.*

*De rebus eccleſiæ non alienandis.* CAP. XI.

QVi verò ſupradictis negotiis ſecularibus, & aliis, clericis prohibitis ſeſe immiſcent, illi plerūque rebus eccleſiæ alienandis operam nauare ſolēt. Quocirca, vt illi, & alij cognoſcant, rerum eccleſiæ alienationem non modò ipſis inhoneſtam, verumetiam illicitam, & interdictam eſſe, quid de ea ius pontificiū ſtatuerit, paucis ſubiiciemus. Symmachus Papa in Synodo Romana 3. ad Laurentium Epiſcopum Mediolanenſem verba faciens[c]: Breue, inquit, fraternitas veſtra eccleſiaſticis legibus obſecuta, ſub diuini timore iudicij, quæ erant ſtatuenda, definiuit, & ad iuſtitiæ cumulum peruenit, dum ſufficienter vniuerſa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo maximè de clericis, quos amor dominationis inuaſit, & iugum diſciplinæ eccleſiaſticæ fecit reſpuere, quos propterea ſchiſma feciſſe apud vos conſtitit, quibus miſericordiam tamen, quam Deus mandat vniuerſis impendi, non negamus, ſi duritia cordis eorum non ſibi acquirat pœnam, dum contemnunt oblata remedia. Et poſtea Synodo loquens

c *cap. 1.*

a cap. 3. 4. 5. et 7. & 8. & ca. non liceat. 12. q. 2. & c. ſi quis. de reb. eccl. non alien.

loquens dixit [a]: Quoniam in aliquibus aliena poſſiden-
tibus vitiorum mater auaritia, repudiatis honeſtatis re-
pagulis, totum putat expedire quodlibet, & in ea
prædæ inhiat, patientia ſupernæ pietatis abutuntur pro-
ctantibus correctionem, cælo moderāte, iudicia ſu-
ſtimant nō teneri, cùm clarum ſit, quod apud eos
occaſionem rapiendi procedat diuinæ mora ſenten-
His ergo perpenſis ſancimus, vt nulli Apoſtolicæ
Præſuli liceat prædium ruſticum eccleſiæ, quan-
quefuerit, vel magnitudinis, vel exiguitatis, a-
aliquo modo pro aliqua neceſſitate, nec in vſu-
ctum rura aliquibus dare liceat, nec data retine-
tantùm domos in quibuſlibet vrbibus conſtitutas
non modica impenſa ſuſtentantur; acceptis, ſi
contigerit, ſub iuſta æſtimatione reditibus, &
timore iudicij commutentur. Si quis vero presbyte-
rum, diaconorū, ſeu defenſorum alienanti prædium
cleſiæ ſubſcripſerit, quo iratus Deus animas pe-
anathemate feriatur, niſi fortè & alienator, & qui
ceperit, celeri reſtitutione ſibi proſpexerint. Qu-
minore animæ ſuæ cura remedium oblatum negle-
rint, præter pœnam ſuper hoc aſſcriptam, con-
exinde documentum viribus (quamuis ab initio
las habuerit) vacuetur. Sed etiam licet quibuſcum-
eccleſiaſticis perſonis vocem cōtradictionis
& cum fructibus poſſint alienata repoſcere, & eccle-
ſtica auctoritate fulciri [b].

b c. ſi quis. de reb. eccleſ. non alien.

*Alienationis verbo quæ cōprehendantur.*

Alienationis autem verbum continet conditi-
donationem, vēditionem, permutationem, & em-
teuticum perpetuum contractum. Et non ſolum
bitum eſt, alienare rem immobilem eccleſiæ, ve-
etiā ſpecialis hypothecæ titulo obligare. Vnde
ſacerdotes ab huiuſmodi alienatione abſtineant,
timentes, quas Leonina cōſtitutio minatur [c] quæ
tur & ſtatuitur [d], vt qui eccleſiaſtica prædia dona-
vel emptionis, ſeu commutationis, vel cuiuſcum-
contractus alterius nomine acquirere, vel habere
tarit, omnem huiuſmodi fructum propriæ temer-
amittat; & pretia quidem, & munera, quæ eius
tia data fuerint quibuſcumque perſonis, eccleſia-

c c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. & ibid. glo. & DD.

d in l. iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ.

incommodis acquirantur. Prædia autem, & in his omnia conſtituta, ab ipſis clericis, & temporalibus œconomis, cum fructibus, ſeu penſionibus, & acceſſionibus totius medij temporis vindicentur, vt tanquam omninus à nullo empta, vel vendita teneantur. Quia ea, quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda ſunt. Oeconomus autem qui hoc fecerit, imò fieri paſſus fuerit, vel in quacumque alienatione conſenſerit, commiſſa ſibi adminiſtratione priuetur; deque eius bonis, quodcumque exinde incommodum eccleſiæ contigerit, reformetur: hæredeſque eius, ac ſucceſſores, & poſſeſſores per hoc facto ſiue cõſenſu, competenti ab eccleſiaſtica actione pulſentur. Tabelliones, ſeu Notarij, qui huiuſmodi cõtractuum vetitorum auſi fuerint inſtrumenta conſcribere, irreuocabilis exilij animaduerſione plectendi ſunt: Iudices verò, vel ius habentes ad conſtituendum huiuſmodi geſta alienationum, dignitate propriæ, & bonorum omnium ſpoliatione dãnandi ſunt.

*Quæ contra leges fiũt pro infectis habenda ſunt.*

Epiſcopus verò, vel ſacerdos propter huiuſmodi alienationem iuxta Leonis Papæ IIII. conſtitutionem[a], canonicam ſubire debet vltionẽ, & quod eccleſiæ iniuſtè ablatum eſt, reddere cõpellitur, ita vt deinceps nullas vires pro his ad litigandum, vel poſſidendum habere poſſit. Ea enim quæ ad eccleſiæ iura pertinẽt, tanquam ipſam ſacroſanctam, & religioſam eccleſiam, integra conuenit venerabiliter cuſtodiri, vt ſicut ipſa religionis, & fidei mater perpetua eſt, ita eius patrimonium iugiter ſeruetur illæſum[b]. Hinc introducta, & inoleuiſſe videtur conſuetudo, quod in admiſſione ad poſſeſſionẽ beneficiorum, prouiſi de illis iurent; Quod priuilegia, iura, & bona eccleſiæ ac beneficij ſui non alienabunt, ſed cõſeruabunt, & alienata indebitè, quando in ipſis erit, reuocare, atque recuperare conabuntur, vel aliud quid ſimile[c]. Iurans autem non alienare bona eccleſiæ, non poteſt alienare ea, quæ de menſa Prælati, vel Capituli ſunt[d]. Ea autem de menſa eſſe dicuntur, quorum proprietas, & vtilitas ad Eccleſiam pertinet, longiſſimiſque temporibus in illius bonis fuerunt, & deſeruiunt vtilitatibus & neceſ-

a *in cap. monemus. 12. q. 2.*

*Eccleſia religionis, & fidei mater eſt perpetua.*

b *d. l. iubemus.*

c *arg. c. vt ſuper. & ibi gloſ. ad verb. ſacramento. et Pan. & alij de reb. eccle. non alien. & c. fin. et ibi gloſ. Io. And. et Panor. de eccle. ædific.*

d *c. vt ſuper. et c. poſſeſſiones. d. tit. de reb. eccl. non alien.*

& neceſſitatibus mẽſæ Prælati vel Capituli, & aliorum
indigentium [a]. Contra autem alienantes res eccle
inſignem conſtitutionem edidit his verbis Paulus
Papa 2. [b].

*a gl. in clem. 1. de exceſ. Prælat. ad verb. menſam. & Panor & Innoc. in d. c. vt ſuper.*
*b in c. 1. de reb. eccle. non alien. in extrau. com.*

Ambitioſæ cupiditati, illorũ præcipuè, qui diuinis,
& humanis affectati, damnatione poſtpoſita, immo
lia, & pretioſa mobilia Deo dicata, ex quibus eccle
monaſteria, & pia loca reguntur, illuſtranturque
eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicant, pro
vſibus applicare, aut cum maximo illorum, ac
cultus detrimento, exquiſitis mediis vſurpare p
munt, occurrere cupientes; omnium rerum, &
norum eccleſiaſticorum alienationem, omneque
ctum, per quod ipſorum dominium transfertur,
ceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem
vltra triennium, necnon infeudationem, vel con
emphyteuticum, præterquam in caſibus à iure p
ſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab an
concedi ſolitis; & tunc eccleſiarum euidenti v
ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruando ſeruari n
ſunt, pro inſtantis temporis exigentia, hac perpetuo
valitura conſtitutione præſenti fieri prohibemus
deceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, prohibitioni
bus, & decretis aliis ſuper hoc editis, quæ tenore præ
ſentium innouamus, in ſuo nihilominus robore p
manſuris. Si quis autem contra huius noſtræ p
tionis ſeriem de bonis, & rebus eiſdem quicquam
nare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio
catio, conductio, & infeudatio huiuſmodi nullius
ninò ſint roboris, vel momenti. Et tam qui ali
quàm is, qui alienatas res, & bona prædicta rec
ſententiam excommunicationis incurrat. Alie
verò bona eccleſiarum, monaſteriorum, locorum
piorum quorumlibet inconſulto Romano Ponti
aut contra præſentis conſtitutionis tenorem, ſi p
cali, vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſu
ſiæ ſit penitus interdictus. Et ſi per ſex menſes
diatè ſequentes ſub interdicto huiuſmodi, animo
abſit) perſeuerauerit indurato: lapſis menſibus
è regimine, & adminiſtratione ſuæ eccleſiæ, v
mo-

*Locatio et conductio bonorũ eccleſiaſticorũ vltra trienniũ prohibetur.*

*Pœna alienantium bona eccleſiarũ Rom. pontifice inconſulto.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

naſterij, cui præſidet in ſpiritualibus, & temporalibus, ſiteo ipſo ſuſpenſus. Inferiores verò Prælati, commendatarij, & aliarum eccleſiarum rectores, beneficia, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliiſque eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & regularibus beneficiis, quorum res, & bona alienarunt, duntaxat ipſo facto priuati exiſtant; illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur; poſſintque per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis (illis exceptis, quæ proterea priuatæ fuerint) liberè de iure conferri: niſi aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis ſint ſpecialiter, aut generaliter reſeruata. Nihilominus alienatæ res, & bona huiuſmodi ad eccleſias, monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant, liberè reuertantur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam, &c.

*Beneficiati alienātes bona ſuorum beneficiorum, his ipſo facto priuātur.*

*De rebus Eccleſiæ malè alienatis recuperandis.*

CAP. XII.

PErtractatis iis, quæ de rebus Eccleſię non alienādis, pro inſtituti noſtri ratione dicēda videbātur: nunc non importunum, nec ingratum fore Eccleſiaſticis arbitramur, ſi aliquod à nobis adferatur remediū, quo malè alienata recuperari poſſint. Qua de re quia Pius papa quintus aliquot conſtitutiones edidit, illas præmiſſis aſcribere non grauabimur, ſi fortaſsè illarū præſidio & ope recuperari queant, quæ hiſce turbulentis temporibus in Belgio malè alienata eſſe conſtat.

*Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum* Dei, *ad perpetuam rei memoriam.*

ETſi de ſingulis paſtoralis officij cura nos admonet eſſe ſollicitos, fabricam tamen ſancti Petri, quam ſpeciali quadā cura nobis cognoſcimus eſſe commiſſam, ſpecialis intentionis fauore proſequimur, eamque gratiis attollimus opportunis. Accepimus ſanè nuper, quod diuerſæ perſonæ, tam eccleſiaſticæ, quàm

ſeculares, quamplura bona, poſſeſſiones, & terras ad eccleſias etiam Metropolitanas, monaſteria, beneficia, domos, & alia regularia, ac alia pia loca, necnon hoſpitalia pertinentia, & ſpectantia, prætextu diuerſarum alienationum, eis contra tenorem literarum felicis recordationis Symmachi, & Pauli ſecundi, ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ac ſine Apoſtolicæ ſedis licentia, ſeu illarum forma non ſeruata, aut aliàs in euidens damnum, & præiudicium eccleſiarum, monaſteriorum, beneficiorum, & aliorum locorum huiuſmodi factorum occupauerunt & detinuerunt, ac de præſenti occupent, & detineant, & præmiſſa conniuentibus oculis pertranſire nequeamus, vtpote, quæ in diuinæ maieſtatis offenſam, ac eccleſiarum, & ordinis Clericalis detrimentum tendant, ac fabricæ præfatæ maximis neceſſitatibus ſuccurrere, dilectos filios Collegium & deputatos fabricæ prædictæ, eorumque pro tempore Auditores & miniſtros, & eorum ſingulos à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, motu proprio, non ad ipſorum deputatorum, & Collegij, ac Auditorum, & miniſtrorum præfatorum, vel alicuius eorum, aut pro eis, nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac de mera noſtra liberalitate, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eiſdem Collegio, & deputatis, eorumque pro tempore Auditoribus, & miniſtris præfatis, vt omnes, & ſingulas alienationes in emphyteoſim, ſeu cenſum perpetuum, aut tertiam, vel aliud generationem, ſeu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel conceſſiones ſiue permutationes, aut occupationes, de quibusvis fructibus, poſſeſſionibus, aut aliis bonis immobilibus, ſeu ſe mouentibus, & iuribus, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus eccleſiarum, monaſteriorum, domorum, beneficiorum, hoſpitalium, & aliorum piorum locorum quo-

ſine ſedis Apoſtolicæ licentia, aut illius forma non ſeruata in damnum eccleſiarum, ſeu ſolemnitatibus à iure requiſitis, aut conſtitutionibus ipſorum monaſteriorum ſeu domorum minimè ſeruatis, aut aliàs nulliter hactenus factas reuidere, & conſtito ſibi quantum ſufficere videbitur de præmiſſis, illas, & contractus ſuperinde ſub quibuſuis formis, & verborum expreſſionibus habitos, & celebratos, etiam ſi iuramento vallati exiſtant, eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbũ præſentibus infererentur, pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica ad ſolius præfatæ fabricæ procuratoris inſtantiam, etiam parte inuita, & contradicente, facta ſibi prius intimatione per tres menſes, tenore præſentium reſcindere, irritare, caſſare, & annullare, ipſoſque detentores, & occupatores ad terras, poſſeſſiones, & bona, res, & iura præfata, vt præfertur, detenta, & occupata relaxandum, & de fructibus tam hactenus perceptis, & qui percipi potuerunt, quàm in poſterum percipiendis realiter ſatisfaciendum cogere, & compellere, bonorumque & fructuum recuperandorum huiuſmodi tertiam partem ipſi fabricæ, reliquis duabus partibus eccleſiis, monaſteriis, beneficiis, domibus, hoſpitalibus, & piis locis, ad quæ bona ipſa ſpectabunt, cum effectu conſignatis vendicare, & applicare poſſint & valeant, facultatem & auctoritatem concedimus & impartimur. Ita vt eiſdem Collegio, deputatis, eorumque Auditoribus, & miniſtris liceat dictæ tertiæ partis huiuſmodi bonorum præfatæ fabricæ, vt præmittitur applicatorum, corporalem poſſeſſionem propria auctoritate liberè apprehendere, illamque in dictæ fabricæ vſus, & vtilitatem abſque alia ſedis Apoſtolicæ, & ſuperiorum eccleſiarum, monaſteriorum, domorum, beneficiorum, hoſpitalium, & aliorum piorum locorum, ad quæ bona ipſa & fructus ſpectabunt licentia alienare, vendere, & conuertere diœceſani loci, vel cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requiſita. Decernentes præſentes literas nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari,

Tt ij impu-

impugnari, aut inualidari, etiam ex eo capite quod in-
tereſſe habẽtes vocati nõ fuerint, aut ad iuris termi-
reduci minuſque in controuerſiam vocari poſſe, ſed
ſemper validas & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios
effectus ſortiri, minúſque ſub quibúſuis ſimilium vel
diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus
limitationibus, & derogationibus comprehendi ali-
tenus poſſe, ſed ab illis exceptas, & quoties illæ ema-
bunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas eſſe de-
ſeri. Sicq́ue per quoſcumque Iudices, & Commiſſa-
rios quauis auctoritate fungentes etiam cauſarum
latij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum
bet quauis aliter iudicandi facultate, iudicari debere
ritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam
uis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit
tari. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibúſuis Apoſtoli-
cis, nec non in prouincialibus & ſynodalibus conciliis
editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus
ordinationibus, ac quibuſuis etiam iuramento, con-
matione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia robora-
tis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque
dultis & literis Apoſtolicis quibúſuis perſonis
re, vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, confirmatis,
approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam
lis, eorumq́ue totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica
preſſa mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita
ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi præſentibus
pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore perman-
ſuris, hacvice duntaxat ſpecialiter & expreſſe dero-
mus, cæteriſq́ue contrariis quibuſcumque. Volu-
autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis
manu ſecretarij & ſigillo Collegij dictę fabricæ
ptis & munitis, eadem prorſus in iudicio, & extra
adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi forent
bitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum
hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis
partitionis, decreti, derogationis, & volũtatis
re, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem
attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis
Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum

nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud ſanctū Petrum, anno incarnationis dominicæ, milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo nono, Kal. Ianuarij. Pontif. noſtri anno quarto.

Prædictam autem conſtitutionem Alexander Riarius protonot. Apoſt. S. D. N. & curiæ cauſarum Cam. Apoſt. generalis auditor, ac Fabricæ Baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe deputatus, nec non eiuſdē Collegij fabricæ Iudex ſpecialiter delegatus, in executionem mittere ſatagens, hoc ſuper illa promulgauit decretum.

Auctoritate noſtri officij, & ad D. Petri Aloiſij fidelis eiuſdem fabricæ Oeconomi inſtan. tenore præſentium mandamus omnibus, & ſingulis infraſcriptorum Cathedralium, etiam Metropolitan. ac collegiatarum ſuperioribus, capitulis, & canonicis, parochialiumq́ue Eccleſiarum rectoribus, ac capellanis, archipresbyteris, nec non monaſteriorum Abbatibus, commendatariis, & Prioribus, ac domorum, conuentuum, & aliorum regularium locorum etiam ſuperioribus, correctoribus, ac Guardianis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, nec non archihoſpitalium, hoſpitalium, & aliorum piorum locorum gubernatoribus, quocunque nomine nuncupentur, ad quos ſpectat, ac in executione ſeu publicatione præſentium nominan. & cognominan. quatenus termino octo dierum proximè futurorum ſub quingentorum ducatorum eidem Fabricæ applican. in ſubſidium, & excommunicationis pœnis, debeant, ac quilibet ipſorum debeat per cedulam eorum manibus ſubſcriptam, prout ad eos, & eorū ſingulos quomodo ſpectat, omnes & ſingulas alienationes, etiam in emphyteoſim ſeu cenſum perpetuum, aut ad tertiam vel aliam generationem, ſeu hominis vitam, aut aliud tempus longum vel longiſſimum vltra triennium, locationes, vel conceſſiones ſeu permutationes, aut occupationes de quibuſuis terris, poſſeſſionibus, aut aliis bonis immobilibus, ſeu rebus, actionibus, & iuribus, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus iuriſdictionibus, etiā feudalibus Cathedralium, etiam Metropolitan. & aliorum ſuprà ſpecificatorum monaſteriorum, domorum,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conuentuum, beneficiorum, hoſpitalium, & aliorū pio-
rum locorum, hactenus tam per eos, quàm prædeceſſo-
res ſuos factas, exprimendo, & ſpecificando qualitates,
quantitates, valores, confines, loca, & ſituationes
eorundem bonorum, necnon pretium & canonem, cen-
ſum vel reſponſionem pro quo vel quibus terræ poſ-
ſeſſiones, & bona huiuſmodi alienata, permutata, vel
conceſſa fuerunt, ac exhibendo, oſtendendo, & tradendo
faciendo inſtrumenta, rogatus, ac monumēta quæ-
que penes eos exiſtentia, necnon nomina rogatorum
de alienationibus, conceſſionibus, permutationibus,
diſmembrationibus bonorum eorundem, quocunque
nomine & prætextu etiam factis, necnon cognomina,
patriam, habitationem omnium & ſingulorum poſſi-
dentium, detinētium, & occupantium iura, actio-
nes, bona immobilia, iuriſdictionē, cenſus, ac feu-
dalia emphyteotica, obuentiones, fructus, redditus,
reſponſiones earundem eccleſiarum, & beneficiorum,
ac ſoluentium canones, redditus, cenſus & annuas re-
ſponſiones, ac alia ſupradicta ſuis Eccleſiis, & eorum
anteceſſorum iam longo, & longiſſimo tempore ...
ſcripto Notario realiter, & cum effectu, ad effectum ...
reuidendi, ac bullam S. D. N. Pij Papæ quinti ſuper ...
uiſione & recuperatione bonorum eccleſiaſticorum ...
Collegio fabricæ conceſſam plenariè ac integrè ef-
fectuandi, & executioni demandandi dediſſe, tradidiſſe,
denunciaſſe, exhibuiſſe, & conſignaſſe: alioquin &c.
ſi quis, &c. Datum Romæ in ædibus noſtris die ...
menſis Martij. 1570.

*Bulla* S. D. N. D. Pij *Papæ* V. *ampliationis facultatū, ſu-
per uiſione & recuperatione bonorū Eccleſiaſticorum ...
natorum, in fauorē Eccleſiarum, monaſteriorum & piorum
locorum, ac fabricæ Baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe.*

EXigit incumbentis nobis Apoſtolicæ ſeruitutis of-
ficium, vt fabricā Baſilicæ Principis Apoſtolorum
de Vrbe, tanquam peculiari noſtræ curæ commiſ-
ſam, ſpecialiori cura amplectentes, non modò ea quæ
illi conceſſa reperimus, conſeruemus, verùm etiam ...
gis ſemper cōceſſionibus decoremus, vt exinde ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[...]ribus ſuffulta præſidiis, celerius ad finem debitum perducatur. Sane licet aliàs nos ex certis tunc expreſſis cauſis per alias noſtras motu proprio confectas literas dilectis filiis Collegio & deputatis fabricæ præfatæ, eorumque pro tempore Auditoribus & miniſtris, vt omnes, & ſingulas alienationes in emphyteoſim ſeu cenſum perpetuum, aut ad tertiam vel aliam generationem, ſeu hominis vitam, aut aliud tẽpus vltra trienium locationes, vel conceſſiones, ſeu permutationes, aut occupationes de quibúsvis terris, poſſeſſionibus, aut aliis bonis immobilibus ſeu rebus, & iuribus tam ſpiritualibus, quàm temporalibus eccleſiarum, monaſteriorum, domorum, hoſpitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet ſine ſedis Apoſtolicæ licentia, aut illius forma non ſeruata, vel in damnũ eccleſiarum, ſeu ſolemnitatibus à iure requiſitis, aut conſtitutionibus ipſorum monaſteriorum, ſeu domorũ minimè ſeruatis, aut aliàs nulliter eatenus factas reuidere, & conſtito ſibi quantum ſufficere videtur de aliquo ex præmiſſis, illas & contractus ſuperinde ſub quibúsvis formis, & verborum expreſſionibus factos & celebratos, etiam ſi iuramento & confirmatione Apoſtolica vallati exiſterẽt, ac aliàs ſub certis modo, & forma Apoſtolica auctoritate ad ſolius ipſius fabricæ procuratoris inſtantiam, etiam parte inuita, & contradicente, facta ſibi priùs intimatione, per tres menſes reſcindere, irritare, caſſare, & annullare, ipſoſque detentores & occupatores, ad terras, poſſeſſiones, & bona, necnon res, & iura præfata, vt præfertur, detenta & occupata relaxandum, & de fructibus tam eatenus perceptis & qui percipi potuiſſent, quàm in poſterum percipiendis realiter ſatisfaciendum cogere & compellere, bonorumque & fructuum huiuſmodi tertiam partem ipſi fabricæ, reliquis duabus partibus eccleſiis, monaſteriis, beneficiis, domibus, hoſpitalibus, & piis locis, & ad quæ bona ipſa ſpectarent, cum effectu conſignare, vendicare, applicare poſſent & valerent, facultatem, & auctoritatem conceſſerimus, prout in dictis literis, plenius continetur. Nuper tamen ſicut nos accepimus, in proſecutione literarum huiuſmodi,

hac alma vrbe, & multis aliis ciuitatibus, & loci
Collegium præfatum, & eius miniſtri inuenerint
nullas cauſas ſuper recuperatione huiuſmodi bo-
rum, poſſeſſionum, & aliorum bonorum immo-
bium, rerum, & iuriſdictionum diuerſis iudicibus
etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditoribus com-
miſſas, & delegatas, vel ordinaria auctoritate agitas
in quibus à multo tempore, citra Abbatum, Prio-
& Commēdatariorum, Rectorum, Adminiſtrato-
Canonicorum, Capitulorum, & aliorum benefici-
rum negligentia ſeu impotētia, aut alia ex cauſa
iudiciarius actus releuans ſeruatus non extitit, &
rim monaſteria, eccleſiæ, domus, hoſpitalia, & alia
ca præfata detrimentum non modicum ſuſtinent
ſingularum cauſarum præfatarum ſtatus, & m
nominaque & cognomina Iudicum, & collitigant
præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio
ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſt
ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolica pot
plenitudine, eiſdem deputatis & Collegio, eorum
commiſſariis Auditoribus & miniſtris, vt omnes
ſingulas cauſas huiuſmodi, in quibus ſaltem per
nium aliquis iudiciarius releuans actus vltra fatal
rogationes ſeruatus non fuerit, in eiſdem ſtatu, &
minis, in quibus reperiuntur, ac quibuſcūque iudic
tam ordinariis, quàm delegatis, etiam ſi cauſarum
tij Auditores huiuſmodi fuerint, ad ſolius præfat
bricæ procuratoris inſtantiam, etiam Abbatibus, P
ribus, Commendatariis, Adminiſtratoribus, Re
bus, Capellanis, hoſpitalariis, & aliis beneficiatis
tis reaſſumere, & auocare, illaſque poſtquam, vt
fertur, reaſſumptæ & auocatæ fuerint, iuxta priuil
& facultates eidem Collegio conceſſas, & indu
prout procedere poſſunt contra eiuſdem fabricæ
tores, & in cauſis relictorum ad pias cauſas cogno
decidere, ac fine debito terminare, facultatem
dimus. Inſuper, cùm ſicut etiam accepimus, in
ciuitate noſtra Bononien. venerabilis frater noſter
piſcopus Bononien. vigore concilij Tridentini, &
uenaren. nonnullos ex clero ad locationes bono-

eccleſiaſticorũ reuidendas, & reſcindendas deputaſſet, & ipſi admodũ paucas ſine debito terminaſſent, tamen poſt emanatas dictarum facultatum noſtrarum in dictę fabricæ fauorem literas, ſub nomine ipſorum deputatorum certum edictum publicatũ fuerit, per quod inter cætera omnes & ſingulæ perſonæ eccleſiaſticæ, nec non rectores & adminiſtratores eccleſiarum, monaſteriorum, & piorum locorum moniti fuerunt, vt pro adimplemento ſacrorum canonum & conſtitutionum editarum, tam à nobis, quàm prædeceſſoribus noſtris, omni adhibita diligentia, curarent recuperationem bonorum Eccleſiaſticorum per triginta annos ante Concilium Tridentinum quocumque titulo malè alienatorum, eiſdem iubendo vt omni ſtudio, & diligentia in officio præfatorum deputatorum, & poſſe, eorũ notarij intra certum ſtatutum terminum omnium bonorum à triginta annis, vt præfertur, cõputandis occupatorum, eorumque occupatorum cum ipſorum nominibus & cognominibus, & ipſorum bonorum deſcriptionibus & confinibus notitiam dare, ac quęcumque inſtrumenta, & ſcripturas tales cauſas concernentia exhibere deberent, ad hoc vt ipſi facilius in huiuſmodi cauſis procedere poſſent. Et ſucceſſiuè poſtquam commiſſarius dictæ fabricæ ſuum edictum, iuxta tenorem præfatarum noſtrarum literarum publicari fecerat, idem Epiſcopus à nobis quaſdam literas in forma breuis obtinuit, per quas eidem, & pro tempore exiſtẽti Epiſcopo Bononiẽ. ſeu adminiſtratori, aut eius, vel illius vicario in ſpiritualibus generali, nec non dilectis filiis Iudicibus, & Reuiſoribus ac ſyndicis, ad id ab eodem Epiſcopo in Synodo diœceſana deputatis, & pro tempore deputandis conceſſimus, & nos indulſimus, vt omnes & ſingulas, ac quaſcumque alienationes & conceſſiones, quorumcumque bonorum Eccleſiaſticorum factas & faciendas ciuitatis & diœceſis Bononien. & illarũ cauſas videret, & cognoſceret ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta, & in illis quæ contra formam conſtitutiones fe. rec. Symmachi ſecundi, & Pauli etiã ſecundi Romanorum pont. prædeceſſorum noſtrorum, & in damnum Eccleſiarum, monaſteriorũ, & piorum

locorum facta eſſe comperiſſent, præhabita ſuper
congrua reuiſione, adhibitiſque legitimis proceſſi-
bus procederẽt, & prout iuris foret deciderent, & fi-
nem facerent, prout in edicto & literis præfatis plenius con-
tinetur, quarum literarum vigore aliud edictum
ſimilibus publicatum extitit, quibus ipſæ perſonæ ec-
cleſiaſticæ, vt decet, obtemperãtes, dictas denuntiatio-
nes in eorum officio detulerunt, & vt Commiſſarium
præfatum deluderẽt, præfati deputati ab edicto
dem commiſſarium facto appellarunt, & ipſi
omnibus cauſis præfatis præuenerunt. Nos autem
præmiſſa, prout in ciuitate Bononien.
currerunt, etiam in multis aliis ciuitatibus,
bus, ſimili vel alio modo occurrere poſſe, &
fabrica ſic impediretur, hoc non ſine graui
mento ſuccedere poſſe, volentesque propterea
fabricæ vtilitati conſulere, ac edictorum &
noſtrarum præfatarum tenores ſimiliter
pro expreſſis habentes, motu & ſcientia ſimilibus
legio, deputatis, auditoribus, commiſſariis, &
fabricæ præfatæ, vt ipſi in omnibus, & ſingulis
monaſteriorum, Abbatiarum, Prioratuum
& aliorum exemptorum ſub iuriſdictione ordinaria
comprehenſorum, necnon aliis in quibus
nondum eſt inſtructus, etiam ſi ordinarius
rarum noſtrarum vel ipſa ordinaria auctoritate
nerit, modo & forma, quibus per præfatas
alias conceſſum extitit, procedendi, eaſque
& fine debito terminandi liberam & ampliſsimam
concedimus per præſentes. Præterea, cum per
teras noſtras præfatas eiſdẽ Collegio & deputatis
ceſſerimus facultatem cogendi quaſlibet perſonas
reſtituendũ bona, proprietates & reditus
rum, eccleſiarum, beneficiorum, domorum, &
locorum, vt præmittitur, alienata, ſiue detenta
pata, vna cum eorum fructibus per poſſeſſores
perceptis, & de facili euenire poſſet, vt plurimi
quæ per multos annos ipſa bona poſſederunt,
plurima melioramenta fecerunt, ne bonis ipſis
tur, canones, cenſus, reditus, quæ pro bonis ipſis

uperent augere, ita vt cederent in euidentem vtilita-
em ipſorum monaſteriorum, eccleſiarum, beneficio-
rum, domorum, hoſpitalium, & locorum piorũ. Alij-
que tanta premerentur neceſſitate, vt ipſis de fructi-
bus per eos, & per eorũ anteceſſores, & alias perſonas
perceptis, integrè ſatisfaciendi nulla ſufficiat facultas,
oneroſumq; eis omnino videatur, cùm ipſi forſan bonę
fidei poſſeſſores fuerint, talem ſummam ſoluere. Nos
ſuper præmiſſis paterna pietate prouidere cupiẽtes, vo-
lumus Collegiũ, & deputatos præfatos eiusq; commiſ-
ſarios, Auditores, & miniſtros, poſtquã bonorum partẽ
alienatam huiuſmodi iuxta formulã literarum noſtrarum
monaſteriis, eccleſiis, domibus, capitulis, Capellanis,
beneficiatis, & piis locis ad ius, & proprietatẽ monaſte-
riorum, eccleſiarũ, domorum, Capitulorũ, rectorũ, Ca-
pellanorũ, beneficiorũ, & piorũ locorum, quorũ antea
erãt, reduxerint, poſſe & valere eiſdẽ poſſeſſoribus, aut
aliis perſonis, de conſenſu eorum, quorum intererit, ſub
annuo canone ſiue cẽſu, aut aliàs prout iuſtũ eis vide-
bitur, in euidentẽ tamen vtilitatẽ ipſorum monaſterio-
rum, eccleſiarũ, domorum, Capitulorũ, Parochialium
eccleſiarũ, capellaniarum, beneficiorũ, ac locorum pio-
rũ de nouo in emphyteoſim, ſeu cenſum perpetuũ, aut
ad tertiam vel aliã generationẽ, ſeu hominis vitam, aut
aliud tẽpus eorum arbitrio locare & concedere, ac ſuper
fructibus malè perceptis huiuſmodi, ſi beneficiatorum
eorundem ad id acceſſerit aſſenſus cõponere, deq; ter-
tia parte bonorum & fructuum huiuſmodi ipſi fabricæ
per prædictas literas noſtras aſſignata, arbitrio ſuo, e-
orum ſiue pro tempore exiſtẽtium Abbatum, Priorum,
Commẽdatariorum, adminiſtratorum, Canonicorum,
Capitulorum, Rectorum, & beneficiatorum eorundem
conſenſu & etiam inuitis diſponere, & cõponere, ipſos-
que poſſeſſores, & alias perſonas cum eis contrahentes
quietare, & abſoluere poſſe. Cumq́; vt ſimiliter accepi-
mus, inueniantur multa bona in euidentem vtilita-
tem monaſteriorum, eccleſiarum, & piorum locorum
huiuſmodi, ſed conſuetis ſolennitatibus, vel aliis de iu-
re, vel ex forma ordinũ & conſtitutionum monaſterio-
rum, Capitulorum, eccleſiarum, domorũ, hoſpitalium,
& pio-

& piorum locorum requiſitis non obſeruatis, abſ-
licentia, vel confirmatione Apoſtolica alienata, Col-
gium, & deputatos, & eorum commiſſarios, mini-
ſtros præfatos poſſeſſores ipſos pro exceſſibus, teme-
rario auſu, ac fructibus perceptis indebitè huiuſmodi
eorundem Collegij deputatorum, Commiſſariorum
& miniſtrorum arbitrio pœnis pecuniariis, vel
quacunque appellatione remota, in ipſius fabricæ
tatem conuertendis, punire & mulctare, eiſdem
ſoribus & detentoribus competentem termin
præfatis pœnis, ad obtinendam debitam confir
nem à nobis, & ſede Apoſtolica præfigere: quod
glexerint ipſo termino elapſo, ad incurſus pœn
huiuſmodi, & ipſorum bonorum priuationem
appellatione poſtpoſita, procedere etiã poſſe
& declaramus. Vlterius quoque, cùm plurim
riantur monaſteria, eccleſiæ, beneficia, hoſpita
pia loca, quæ inſtrumenta alienationum bonoru
rum penes ſe non retineant, ſed ſolum eis canon
cenſus illarum ratione perſoluuntur; licetque
poſſident, forſan penes ſe talia inſtrumenta
illa tamen oſtendere minimè volunt, ſeque
quòd per multum temporis ſpatium in bonorum
rundem ſolutionis poſſeſſione exiſtunt. Eiſdem Col
gio, deputatis commiſſariis, & miniſtris, vt omnes
ſingulas perſonas, bona eccleſiaſtica, vt præfertur
tinentes, poſſidentes, vel detinẽtes, niſi legitima
ſam habuerint ſe excuſandi, ad exhibendum
menta, & inſtrumenta publica titulos ſuos,
vigore bona huiuſmodi poſſident, intra termin
præfigendum ſub pœnis & cenſuris ſibi bene
nere: quod facere recuſantibus, aut non
ijdem Collegium, & deputati in iis, in quibus
ſidentes à quadraginta annis citrà non oſtend
cta inſtrumenta, & ab inde pacificè & poſſ
ſoluiſſe, ac de canone ſolito ipſis beneficiatis
ad pœnarum, & cenſurarum huiuſmodi incurſus
ipſorum bonorum priuationẽ, fructuumque
ſolutionem procedere poſſint, concedimus &
mus. Et quoniam indignum videtur, quod

ecleſiæ, & loca pia, & fabrica ipſa, dum per litium
anfractus circunduci contigit, fructibus bonorum, pro
quibus primam ſententiam in eorum fauorē obtinue-
rint, priuentur, volumus quod Collegium, & deputati
præfati, nec non eorum Commiſſarij, Auditores, &
miniſtri poſt primam latam ſententiam, ſi ab ea appel-
lari, & cauſa proſequi contingет, fructus bonorum, ſu-
per quibus lis verti contigerit, ſub arcto ſequeſtro, aut
penes idoneum depoſitarium per ipſum Collegium, &
eorum miniſtros eligendum vſque ad eius cognitū in
ſecunda ſententia, deductis tamē his, quæ aliàs ex for-
ma locationum præcedentium Rectoribus, Admini-
ſtratoribus, monaſteriis & piis locis fuerint perſoluēda,
quaminimè retardari debeant, & ſine litis ac iurium
monaſteriorum, eccleſiarum, & piorum locorum, ac
partium præiudicio ponant, dent & deponant. At quo-
niam Eccleſiarum bona confinia, canones, cenſus, redi-
tus & prouentus, iura, inſtrumenta, ſcripturæ, à diuerſis
mentis obcæcatis occultātur, adeò quod à multis Ab-
batibus, Prioribus, Commendatariis, Capitulis, Cano-
nicis, Rectoribus, Capellanis, Guardianis, & aliis be-
neficiatis, beneficiorum ſuorum bona, & illorū confi-
nia, & inſtrumenta ignorentur, eiſdem Collegio, & de-
putatis, eorumque Commiſſariis, Auditoribus, & Sub-
delegatis ſubſtitutis, & miniſtris, vt ſub pecuniariis, &
in illarum ſubſidium eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris,
& pœnis, ac aliis iuris & facti remediis opportunis,
omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſti fideles de
præmiſſis informatos, ac Notarios, & Tabelliones, ac
alios quoſcumque de inſtrumentis, & ſcripturis, ac do-
cumentis in præmiſſis, & circa ea neceſſariis rogatos,
in Eccleſiis dum diuina celebrantur, vel aliàs etiam per
edictum publicum, vel ſimplicem citationē, vt ea om-
nia ipſis monaſteriis, eccleſiis, beneficiatis, & piis locis
denuncient, propalent, notificent, exhibeant, & conſi-
gnent, citare, & monere, ac contra contumaces, & in-
obedientes ad incurſus pœnarum, & cenſurarū huiuſ-
modi declarationem, vſque ad illam effectualem obe-
dientiam omnibus, & ſingulis iuris & facti remediis
procedere poſſint, & valeant, concedimus, & indulge-
mus.

mus. Et quoniam iuſtũ eſſe cenſemus, vt cauſæ, quæ per
ipſos Collegium, deputatos, eorumq; Auditores, Com-
miſſarios, & Miniſtros cognoſcũtur, tractantur, deci-
duntur, celerẽ & optatum finẽ accipiant, volumus quod
Collegium, & deputati, eorumq; Auditores, Commiſſa-
rij, & miniſtri in omnibus cauſis, quas ipſos, & eorum
quemlibet pro tẽpore auocare, agere, cognoſcere, deci-
dere, & fine debito terminare cõtigerit, illas iuxta pri-
uilegia, & facultates eidẽ Collegio cõceſſas & iuxta
ac prout procedere poſſunt, contra eiuſdẽ fabricæ debi-
tores, & in cauſis legatorũ piorum vnà cum illarum in-
ciden. dependen. emergen. annexis & cõnexis proce-
dere, cognoſcere, decidere & ſimiliter fine debito termi-
nare, necnon partes in illis intereſſe habẽtes citare, &
abſentes, aut ſui copiã non facientes aut alias non repe-
biles fuerint, dummodo prima vice perſonaliter citati
fuerint, facta prius diligentia per eos reperiendi per
ex curſoribus noſtris vel mandatariis præfatis
domi, vbi alias reſederint, demiſſa copia, vel per
in valuis Baſilicæ ſancti Petri huiuſmodi, & ma
Floræ affigendis, vel aliàs, prout in obliga
forma Cameræ fieri ſolet, arbitrio ſuo ſimili
tare, necnon viduis, pupillis, & aliis perſonis
curatore indigentibus, curatores ipſos ex officio
tare, ac quibúſvis, tam Apoſtolica, quàm ordinaria
ctoritate deputatis, etiam S.R.E. Cardinalibus,
ſarum Palatij Apoſtolici auditoribus, aliiſq;
necnon quibus, & quoties opus fuerit, ſub pœnis
niariis arbitrio ſuo imponẽdis, ac cẽſuris eccleſiaſticis
inhibere, aliaq; in pręmiſſis, & circa ea neceſſaria,
portuna facere poſſint & valeant. Diſtrictius
quibúſvis locorũ ordinariis, etiã S.R.E. Cardina
& aliis perſonis, quauis auctoritate, etiam Apoſto
fungentibus, etiam cuiuſcumque dignitatis, ſtatus
dus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, in virtute
ctæ obedientiæ, ac ſub ſuſpenſionis à diuinis, & ex
municationis latę ſententiæ aliiſq; noſtro arbitrio
derandis, infligendis pœnis, ne eoſdem Collegium
deputatos moleſtare, aut præmiſſorum execu
quoquo modo impedire, vel in eis ſe directè vel

officiũ ingerere, vel intromittere poſſint ſeu audeant, præſumãt. Decernentes quoq; præſentes literas vllo vnquam tẽpore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam eo, quod intereſſe habentes, vocati non fuerint, notari, in ius, vel controuerſiã reuocari non poſſe, nec per obreptionem vel ſubreptionem obtẽtas præſumi, & ob viribus carere, minúsque ſubquibúsvis ſimilium vel diſſimiliũ gratiarũ reuocationibus, ſuſpẽſionibus, limitationibus & aliis contrariis diſpoſitionibus, quantũuis generalibus, ac fortiſſimis clauſulis, & decretis irritantibus roboratis, comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum quo ante præmiſſa quomodolibet erant ſtatum, etiam ſub data per Collegium, & deputatos huiuſmodi eligẽda plenariẽ reſtitutas eſſe. Sicq; ab omnibus cẽſeri, & ita per quoſcumq; Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungẽtes, etiã Auditores, & Cardinales prædictos, ſublata eis, & eorũ cuilibet, quauis aliter iudicãdi facultate, iudicari debere. Irritũ quoq; & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquã quauis auctoritate, ſciẽter vel ignoranter attẽtari, nõ obſtãtibus præmiſſis, ac noſtra de nõ tollẽdo iure quæſito, & quibúsvis Apoſtolicis, etiã per nos, necnon in prouincialibus & ſynodalibus Cõciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibúsvis etiã Collegij Cardinaliũ & Auditorum eorundẽ, ac aliorũ tribunaliũ, necnon quorumcumq; monaſteriorũ, eccleſiarum, domorũ, beneficiorum, ordinũ, capitulorũ, & piorum locorũ, etiã iuramento & cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis, & literis Apoſtolicis, quibúsvis etiã ipſis Auditoribus, & aliis iudicibus, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibúsvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mẽtio habenda, aut aliqua alia

exqui-

exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſ-
modi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo,
& forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præ-
ſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore
permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe
derogamus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus
communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,
quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſ-
ſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam &
expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmo-
di mentionem. Volumus autem, quod dicti
retenta tertia parte bonorum per eos pro tempore
cuperatorum huiuſmodi, reliquas duas partes
buſuis eccleſiis pro rata conſignare debeant &
tur. Quodque præſentium tranſſumptis, etiam
ſis, manu Secretarij fabricæ huiuſmodi ſubſcriptis &
ſigillo eiuſdem fabricæ ſigillatis, eadem prorſus fides
in iudicio & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus
literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.
Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrorum
conceſſionum, declarationis, indulti & voluntatis
infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis au-
tem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omni-
potentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum
eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud San-
ctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesi-
mo, quingēteſimo, ſeptuageſimo tertio, Idus Septem-
bris. Pontificatus noſtri anno quarto.

*Bulla S. D. N. D. Pij Papæ V. aſsignationis & applicationis Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, fructuum, & aliorum narratorum, ex bonis Eccleſiarum alienatis perceptorũ, & vnius anni reſpectiuè loco tertis proprietatis ipſorum bonorum per alias ſuas literas Fabricæ aſsignata.*

EX debito paſtoralis officij, cui diſponente Domi-
no præſidemus, ad ea libenter intendimus,
quæ quarumlibet Eccleſiarum, Fabricæ præſertim
Baſilicæ noſtræ Principis Apoſtolorum de Vrbe,
cura nobis peculiaris eſt attributa, congruam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuſtentationem, vtque id fœlicius ſubſequatur, nõnunquam ea, quæ per nos ad ipſarum fauorẽ ordinata ſunt, quæque non ita fœlicem ſucceſſum habitura credimus, ad aliam formam reducimus, prout locorum & temporum qualitate penſata, conſpicimus in Domino ſaluriter expedire. Sanè licet alias nos cùm accepiſſemus, quàm diuerſæ perſonæ, tam Eccleſiaſticę, quàm ſeculares, quàm plurima bona, poſſeſſiones, & terras, etiam ad eccleſias, etiam Cathedrales, & Metropolitan. Monaſteria, beneficia, domos, & alia regularia, necnon hoſpitalia & pia loca pertinentia, & ſpectãtia, prætextu diuerſarum alienationum, eis contra tenorem fel. rec. Symmachi & Pauli ſecundi, ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, aut ſine Apoſtolicæ ſedis licentia, ſeu illarum forma non ſeruata, aut aliàs in euidens damnum & præiudicium eccleſiarum, monaſteriorum, beneficiorum, & piorum locorum huiuſmodi factarum occupauerant, & detinuerãt, & detinebant, nos præmiſſis occurrere volentes, vtque neceſſitatibus fabricæ dictæ Baſilicæ curæ noſtræ commiſſæ ſubueniremus, certis tunc expreſſis modo & forma motu proprio dilectis filijs collegio, & deputatis prælatæ fabricæ, eorumque pro tempore Auditoribus & miniſtris inter cætera, vt omnes & ſingulas alienationes in emphyteoſim, ſeu cenſum perpetuum, aut ad tertiam vel aliam generationem, ſeu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel conceſſiones, ſeu permutationes, aut occupationes de quibuſuis terris, poſſeſſionibus, aut aliis bonis immobilibus, ſeu rebus & iuribus, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus eccleſiarum, monaſteriorum, domorum, beneficiorum, hoſpitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet, ſine ſedis Apoſtolicæ licentia, aut eius forma non ſeruata, in damnum eccleſiarum, ſeu ſolemnitatibus à iure requiſitis, aut conſtitutionibus ipſorum monaſteriorum, ſeu domorum minimè ſeruatis, aut alias nulliter eatenus factas reuidere, & conſtito ſibi quantum ſufficere videretur, de præmiſſis, illas, & contractus ſuperinde ſub quibúsvis formis, & verborum expreſſionibus habitos, etiam ſi iuramento vallati exi-

 ſterent,

ſterent, ad ſolius ipſius fabricæ procuratoris [illegible] etiam parte inuita, & contradicente, facta ſibi [illegible] timatione per tres menſes, reſcindere, [illegible] re, & annullare, ipſoſque detentores, & occupa[illegible] ad terras, poſſeſſiones, bona, res, & iura per[illegible] præfertur detenta, & occupata relaxandum, & de [illegible] ctibus eatenus perceptis, & qui percipi potuerunt, [illegible] non in poſterum percipiendis realiter ſatisfac[illegible] cogere, & compellere, bonorumque & fructu[illegible] cuperandorum huiuſmodi tertiam partem ipſi fab[illegible] reliquis duabus partibus eccleſiis, monaſteriis, [illegible] ficiis, domibus, hoſpitalibus, & piis locis, a[illegible] bona ipſa ſpectabant, cum effectu conſignatis, [illegible] care, & applicare, poſſent, & valerent. Ita [illegible] collegio, deputatis, eorumque auditoribus & [illegible] ſtris liceret dictæ tertiæ partis huiuſmodi bono[illegible] præfatæ fabricæ, vt præfertur, applicatorum, [illegible] lem poſſeſſionem propria auctoritate liberè app[illegible] dere, illamque in dictæ fabricæ vſus & vtilita[illegible] abſque alia ſedis Apoſtolicæ, & ſuper eorum [illegible] rum, monaſteriorum, domorum, beneficiorum, [illegible] ſpitalium, & aliorum locorum piorum, ad quæ [illegible] ipſa ſpectabant, licentia alienare, vendere, & con[illegible] tere, diœceſani loci, vel cuiúſvis licentia deſuper [illegible] nime requiſita, facultatem & auctoritatem conce[illegible] rimus, prout in noſtris deſuper confectis litteris [illegible] continetur. Verùm quia, vt accepimus, dictæ [illegible] bricæ difficile foret tertiam partem proprieta[illegible] norum eidem, vt præfertur, aſſignatam vendere, [illegible] vſum dictæ fabricæ conuertere, cum non de faci[illegible] ptores reperirentur, & plurima bona non ita [illegible] modam diuiſionem patiantur, vt tertia ab ipſi[illegible] ſine duarum partium detrimento difmembra[illegible] parari poſſet; Cupientes indemnitati dictæ fab[illegible] conſulere, arbitranteſque, quòd ſi loco dictæ [illegible] partis proprietates bonorum recuperandorum [illegible] præfertur, dictæ fabricæ aſſignatæ, omnes [illegible] contra leges, & canones ac conſtitutiones [illegible] rum noſtrorum, per quóſvis conductores, [illegible] ſores vniuerſales, vel ſingulares quomodolibet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex dictis bonis percepti, & qui percipi potuerunt, non ſine animæ eorum periculo retinere poſſunt, quatenus exigibiles ſint, & in alienationibus, in quibus pauci, aut nulli fructus indebitè percepti fuerunt, vel ex inopia debitorum, vel ex quauis cauſa, vel occaſione per ipſos deputatos arbitranda, nullum vel modicum emolumentum reportare poſſe, cùm non ſit conueniens, quòd ex eius bono opere detrimentum ſentiat omnes fructus, reditus, & prouentus integros ... anni ex huiuſmodi bonis recuperatis exigendi, ... percipiendi dictæ fabricæ aſſignarentur, & appropriarentur, celeriorem vtilitatem tam dictæ fabricæ, quàm eccleſiæ ipſæ conſequerentur. Eoſdem itaque collegium, & deputatos, ac auditores, & miniſtros, eorumque quoſlibet à quibúſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes, necnon literarum præfatarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, non ad ... ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos fructus, reditus, prouentus, canones, cenſus, & affictus, ac alias reſponſiones, quocumque nomine nuncupentur, quomodolibet tam per conductores bonorum eccleſiaſticorum, quàm eorum ſucceſſores quoſcumque vniuerſales, vel ſingulares, aut particulares, ac alios detentores, occupatores, & debitores ſub quouis prætextu, ... inualido contractu, contra leges, canones extrauagantes, & conſtitutiones anteceſſorum noſtrorum, aut ... indebite, nulliter & inualidè perceptos, & ob in... radicem primi contractus inualidi aut aliàs ... cum eccleſia celebrati, vel occupationis, detentionis & vſurpationis factæ indebitè dictorum bonorum. Si verò vel quia modici, aut nulli admodum fructus ſunt exacti, vel ex debitorum inopia, vel quavis alia cauſa per ipſos deputatos arbitranda,

fructus prædicti non eſſent exhibiles, tunc fructus
tus, prouentus, cenſus, & canones integros
ni ex dictis bonis recuperatis percipiendos
tertiæ partis plenariè & integrè dictæ fabricæ
mus, & applicari mandamus. Ita quod eiſdem Col-
gio, & pro tempore exiſtentibus deputatis
bus, & miniſtris prædictis liceat illos propria
tate recuperare, exigere, & leuare, illosque loca
dere, & alienare, ac in vſum & vtilitatem dictæ
conuertere, ſedis Apoſtolicæ, vel ſuperiorum
ſticorum, monaſteriorum & beneficiorum
vel ordinarij, aut cuiúſvis alterius licentia
nimè requiſita. Et vt facilius eccleſiæ integram
prietatem, & fabrica fructus, vt præmittitur,
gnatos conſequi poſſit ſine litium curſu, eiſdem
gio, & deputatis concedimus & elargimur,
eis videbitur opportunum, per ſeipſos tantum,
ſis prædictarum alienationum, ſiue detentionum
norum eccleſiaſticorum, in quibus ius eccleſiarum
naſteriorum, domorum, hoſpitalium, beneficiorum
piorum locorum præfatorum, nō adeò clarum
vt de facili bona, & fructus pro eccleſiis, monaſteriis
domibus, beneficiis præfatis, ac fabrica vendicari
ſint, aut ius ipſum dubium ſit, cum dictis detentoribus
poſſeſſoribus, & ſucceſſoribus vniuerſalibus
cularibus ſub beneplacito ſedis Apoſtolicæ
& componere de conſenſu Rectorum eorundem
trio poſſint & valeant. Quodque aucta & ſolutione
in qua conuenerint, ſeu pro qua compoſuerint,
tores, poſſeſſores, vel ſucceſſores prædictos
& liberare, ita vt de cætero à nemine ſub prætextu
rumcumque conſtitutionum, canonum, legum
uagantium, ac bullarum per anteceſſores noſtros
dictos, & per nos ſuper reſciſſione, & recuperatione
bonorum & fructuum eccleſiaſticorum editarum
modolibet moleſtari, inquietari vel perturbari
& valeant, ſed facta ſolutione prædicta ſint,
telligantur, etiam liberati, tam ab omni
culo, quàm ab omnibus pœnis, & mulctis,
ſione dictorum fructuum indebitè perceptorum

ſſent, & contractus neceſſarios conficere, qui poſtquam celebrati fuerint, idem robur obtineant, ac ſi à Sede Apoſtolica confirmati fuiſſent, & ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis perpetuum ſilentium impoſitum ſit, & eſſe cenſeatur. Diſtrictius inhibentes quibuſvis cuiuſcumque ſtatus, gradus & conditionis exiſtentibus, & quacumque auctoritate fungentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis, aliiſque noſtro arbitrio moderandis, & imponendis pœnis, ne eoſdem Collegium, & deputatos, eorumque Auditores, & miniſtros præfatos in præmiſſis moleſtare, perturbare vel inquietare audeant vel præſumant. Ac decernentes præſentes literas, nullo vmquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, vel intentionis noſtræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, aut inualidari, etiam ex eo capite, quod intereſſe habentes vocati non fuerint, aut ad iuris terminos reduci, minusque in ius, vel controuerſiam vocari quouis modo poſſe: ſed ſemper validas & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, ac ſub quibúsvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi vllatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum, etiam ſub quacumque data per ipſos eligenda reſtitutas eſſe, & cenſeri. Sicque per quoſcumque Iudices & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & definiri debere. Irritum quoque & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Amerin. & Maceraten. ac Aquinaten. Epiſcopis motu ſimili per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Collegij, deputatorum, Auditorum, & miniſtrorum præfatorum fuerint requiſiti ſolenniter publicantes, ſibique in

præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant præſentes literas, & in eis quæcumque contenta ab omnibus quos illa concernunt, inuiolabiliter obſeruari: Nos permittentes eos, vel eorum aliquem ſuper quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, & legitimiſque ſuper iis habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtant. fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis ad iudicium vigore præſentium non trahatur, ac aliis conſtitution. & ordinat. Apoſtolicis, ac nostris opus ſit noſtris de non tollendo iure quæſito, & vnionibus committendis ad partes vocatis, quorum intereſt, & exprimendo valore, necnon Lateranenſis Concilij nouiſſimè celebrati vniones perpetuas, niſi in casibus à iure permiſſis fieri prohibentis, & quibuſuis aliis, necnon in prouincialibus & ſynodalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus conſtitution. & ordinat. ac quibúſvis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quávis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibúſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ex motu & ſciẽtia ſimilibus, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, ac totis eorum tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa mẽtio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter

uiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſpendi, vel excommunicari non poſſunt, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Per præſentes autem literas derogatum non eſſe, nec intelligi volumus in parte, vel toto primis, & ſecundis cedulis motu proprio confectis, & in fauorem dictæ fabricæ ſuper bonis eccleſiæ alienatis, niſi tantum quoad dictos integros fructus, & facultatem percipiendi fructus vnius anni, vt præfertur. In omnibus verò alia & ſingulis in dictis cedulis & literis conceſſis omnino ſtent, & eſſe intelligantur firma, & in ſuo robore valida, ac ſi præſentes à nobis non eſſent emanatæ. Inſuper quoque ſtatuimus vt earundem præſentium tranſumptis manu Secretarij, & ſigillo dictæ fabricæ ſubſcriptis & munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, aſſignationis, conceſſionis, elargitionis, inhibitionis, decreti, mandati, derogationis, voluntatis, & ſtatuti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo, Kalen. Febr. Pontificatus noſtri anno ſexto.

*De eccleſiarum decimis, aliiſq; bonis elocandis, & conſeruandis.* CAP. XIII.

QVoniam ex prædicta Pauli Papæ conſtitutione manifeſtū eſt, locationem, & conductionē vltra trienniū fieri non poſſe, profectò euidenter conſequitur, quod locare in perpetuum decimas, prædia, & alia bona eccleſię, vel beneficiorum Canonicis, ſeu aliis eorundem poſſeſſoribus, permiſſum non ſit. Prohibitus enim alienare, non poteſt in perpetuū locare[a]. Quinimò Canonicus, ſeu alius beneficiatus vltra tempus vitę ſuæ non poteſt locare bona beneficij ſui: & ſi locauerit ad certum tempus, moriaturque ante finitā locationē,

a c. ad audientiam. et ibi Panor. de reb. eccl. non alien. gloſ. in clem. 1. eo. tit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

expirat locatio, niſi Superioris interuenerit auctoritas[a]. Deinde quoque non ſunt ferendi, qui va[illegible]bus decimas eccleſiis obuenientes ſubtrahere moliuntur[b], aut qui ab aliis ſoluendas, temerè occupantes in rem ſuam vertunt; cum decimarum ſolutio debita ſit Deo[c]: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præcepit igitur ſancta Tridentina Synodus[d] omnibus, cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, ad quos decimarum ſolutio ſpectat, vt eas quas de iure tenentur, in poſterum cathedrali, aut quibuſcumque aliis eccleſiis, vel perſonis, quibus legitimè debentur integrè perſoluant. Qui verò eas aut ſubtrahunt, aut impediunt, excommunicentur[e], nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta, abſoluantur.

Magnam eccleſiis perniciē adferre ſolet, cum eorum bona repræſentata pecunia in ſucceſſorum præiudicium aliis locantur. Sanxit igitur ſancta Tridentina Synodus[f], vt omnes hæ locationes, ſi anticipatis ſolutionibus fiant, nullatenus in præiudicium ſucceſſorum validæ intelligantur[g]; quocumque indulto, aut priuilegio non obſtāte: nec huiuſmodi locationes in Romana curia, vel extra eam confirmentur. Non licet etiam iuriſdictiones eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, aut deputandi vicarios in ſpiritualibus, locare; nec conductoribus per ſe aut alios ea exercere: aliterque conceſſiones, etiam à Sede Apoſtolica factæ ſurreptitiæ cenſeantur. Locationes verò rerum eccleſiaſticarum, etiam auctoritate Apoſtolica confirmatas ſancta Synodus irritas decernit, quas à triginta annis citra ad longum tempus, ſeu, vt in nonnullis partibus, ad viginti nouem, ſeu bis viginti nouem annos vocant factas; Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum eccleſiæ & contra canonicas ſanctiones contractas fuiſſe iudicabunt.

Quare Synodus prouincialis Mechlinienſis[h], ſtudens hoc decretum Tridentini concilij in executionem mittere, & bona eccleſiæ conſeruare, ſtatuit quod [illegible] ordinauit: vt elocationes bonorum eccleſiaſticorum quæ anticipatis ſolutionibus fiunt, nullatenus ſucceſſores obligent, quocumque priuilegio, vel indulto

ſub-

a Panor. in d. c. ad d[illegible]lectiā. & in cap. fin. ne præla. vic. ſuas. arg. l. ſi domus. ff locat.
b c. ad hæc. c. quamuis. cap. prohibemus. c. tua. c. dudum. c. in aliquibus. c. cum non ſit. de decimis. c. 1. & ſeq. 16. q. 7.

*Pœna non ſoluentiū decimas.*

*Locationes in præiudiciū ſucceſſorum prohibitæ ſunt.*

c c. tua nobis. c. cum non ſit. de decimis. ca. omnes, ca. decimas Deo. 16. q. 7. Iuo 3. part. decret. c. 199. c. nā qui. c. admonemus. 16. q. 1.
d ſeſſ. 25. de refor. cap. 12.

*Aliæ locationes prohibitæ.*

*Locationes ad longum tempus prohibitæ.*

e c. peruenit. c. nūtios. c. de terris. c. in aliquibus. de decimis c. omnes. 16. q. 7. d. c. nā qui.
f d. ſeſſ. 25. c. 11.
g c. 2. de preca. c. de precariis. 10. q. 2.
h tit. de eloc. et conduct. et conſeru. bon. eccleſ. cap. 1, 2, & 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alienantur. Nullæ quoque locationes rerũ eccleſiaſticarum fiant vltra nouẽ annos, ſine obſeruatione ſolennitatum, quæ de iure requirũtur in alienatione bonorum eccleſiæ[a]. Locationes autem infra tempus currentis arrendæ, non prius renouentur, quàm vno anno, quo ad decimas; & quo ad alia bona ad ſummum triennio ante finem currentis arrendæ, quodq́ue pro renouatione dictæ arrendæ, poſſeſſores beneficiorum non recipiant alio nomine vltra ſex florenos. Collegia verò nihil exigant ſupra conſuetas pitantias, ſaluo in omnibus Epiſcopi moderamine. Locationes autem quæ ad longum tempus factæ ſunt, & per Sedem Apoſtolicam, vel Ordinarium confirmatæ, examinentur per Epiſcopum, cum aliquo de Capitulo per Epiſcopũ aſſumẽdo.

Quamuis lõgo rerum vſu apud omnes receptum ſit, neminem ad poſſeſſionem alicuius beneficij admitti, niſi iureiurando promittat, bona ſui beneficij fideliter conſeruare, & alienata pro virili recuperare: attamen multorum à ſuis beneficiis abſentia, aut negligentia, plurima quotidie deperdi, aut obſcurari experimur: ideo eadem Synodus prouincialis omnibus & ſingulis beneficiatis mandat[b]; vt bonorum & redituum ad beneficia per eos poſſeſſa ſpectantium ſpecificationem in ſcriptis Superiori eccleſiaſtico, aut paſtori cuiuſque eccleſiæ ſeu loci in quo beneficia fundata ſunt, infra trimeſtre poſt publicationem præſentium, ſub pœna duorum florenorum exhibeant. Et Superior ex dictis ſpecificationibus, addita etiam ſpecificatione bonorum ſui beneficij, vnum regiſtrum in archiuis eccleſiæ conſeruandum fideliter conficiat, atque ipſius copiam authenticam Epiſcopo tradat. Literas verò originales, regiſtra, & alia quæcumque munimenta, quæ vetuſtate conſumuntur, curent eidem beneficiorum rectores intra præfixum tempus in authenticam formam tranſſumi, eaque tranſſumpta, in qualibet eccleſia reſpectiuè ſecura & fideli cuſtodia trium clauium (quarũ vnam Superior eccleſiaſticus, aliam ſenior rector fabricæ, & tertiam ſenior rector menſæ ſancti Spiritus habeat) cum aliis munimentis, conſeruentur. Et ſi quid ex prædictis munimentis, pro creditorum aſſecutione leuari

a de quibus vide Rebuff. in compen. alien. rer. eccleſ.

b d. tit. de elocatio. & conſeru. bon. ec. ca. 4. 5. 6.

*Ad conſeruandum eccleſiæ bona.*

Vide cõcil. Mediolan. celebr. 1566. tit. *Quæ pertinẽt ad bonor. & iur. eccleſ. conſerua. rect. admi. & diſpẽſationem.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neceſſum ſit; Rectoribus beneficiorum non alien-
datur, quàm ſub recepiſſe, & promiſſione deſtituen-
do. Si verò aliqua munimenta ex prædictis, quiq-
ſeſſores beneficiorum, aut hæredes, aut executo-
rum exiſtant, infra dictum tempus trium menſium
dictam cuſtodiam deferant, & in ea recludi cur-
Quod ſi neglexerint, & eorum culpa, vel neglige-
aliquid deperditum inueniatur, damnum omne ſ-
cient, & grauiter punientur. Quapropter mandat
Synodus Archipresbyteris, ſeu Decanus Christia-
tum, vt diligenter huius ſtatuti executioni inuig-
literas, manualia, & quæcumque beneficiorum mu-
menta, quæ in domibus mortuariis inuenerint, fi-
ter ſeruari, & ad cuſtodiā prædictā tranſportari

Hæc autem ſtatuta, ſi vnquam aliàs nūc maxim
hanc eccleſiarum omnium ſpolationem, profa-
& multorum munimentorum earundem depe-
nem in executionem mittenda, & obſeruan-
dentur in omnibus eccleſiis, non ſolùm paroch-
verumetiā cathedralibus, & collegiatis, ſi fore
in integrum reſtitui poſſint, quia alia ſimilis ſup-
re poterit rurſum calamitas. Si quis autem de cl-
documenta, quibus eccleſiæ poſſeſſio firma con-
ſupprimere, aut negare, aut auertere, aut aduerſa-
taſſe tradere, damnabili, & puniēda obſtinatione
ſumpſerit: quicquid per abſentiā documētorum
eccleſiæ illatum eſt, de propriis facultatibus re-
Et quia frequenter bona eccleſiarum, benefic-
aliorum piorum locorum pereunt, aut obſc-
continuata poſſeſſione longiſſimi temporis, in e-
demque familia, ſine vllo arrendæ renouati-
mento; eadem Synodus prouincialis Mechlin-
volens etiam huic malo prouidere, mandat o-
Prælatis, Capitulis, paſtoribus, & quorumcumque
ciorum, & locorum piorum rectoribus, v-
ſuprà ſtatuto arrendas bonorum ſuorum in ſcr-
nouent, cum expreſſa ſpecificatione limitum,
nus fieri poteſt, quodque arrendas antiquas in
prædictis, poſtquam plenariam ſolutionem
fuerint, deponant.

*Pœna clericorum qui eccleſiæ munimēta ſupprimūt, vel aduerſariis tradunt.*

a *c. ſi quis de clericis. 12. q. 2.*
b *tit. de eloc. et conſeru. bon. eccle. cap. 7*

*Continuata locatio ſcriptis ſemper renouanda eſt.*

Vt autē Canonici, & alij beneficiati noſtræ præſertim eccleſiæ, & diœceſis ſupradicta ſtatuta libentius & diligentius in obſeruationem deducant, non pigebit & hic ſubiicere, quæ in eandem ſententiam à R^mo^ noſtro D. Epiſcopo Iprenſi in Synodo ſua diœceſana ſtatuta fuerunt his verbis[a]: Semper reprobatæ fuerunt, atque tum à concilio Tridentino, tum Mechlinienſi reprobatæ ſunt, & præſenti ſtatuto reprobatas declaramus elocationes, quæ fiunt anticipatis ſolutionibus: necnon ſolutiones, quæ aliquando fiunt, licet ex legitima elocatione, tamen antequam fructus collecti ſunt, aut annus ceſſit. Atque ideo, ſi (reprobatione huiuſmodi non obſtante) tales anticipationes, aut ſolutiones ab aliquibus attentari contigerit, dicimus per eas ſucceſſoribus in beneficiis nullum præiudicium generari, quin libere poterunt (huiuſmodi ſolutionibus non obſtantibus) ab ipſis colonis ſolutionem, pro tempore ſuæ poſſeſſionis, ſeu deſeruituræ beneficij debitam exigere, & conſequi; ſicuti, ſi nulla ſolutio præceſſiſſet. Nec minora incommoda adfert ſucceſſoribus ad lōgum tempus [illegible] facta elocatio. Quocirca etiam hæc iuſta ratione reprobatur per concilium prouinciale; niſi talia fuerit ſeruata ſolennitate, quæ de iure in alienationibus requiritur. Et quia reprobatione huiuſmodi non obſtante poſſeſſores beneficiorum ſæpius ad longum tempus fructus elocant, & ſucceſſoribus (cauſam [illegible] præbendo) multum incommodent; ſtatuimus, quod deinceps omnes beneficiati, antequam ad poſſeſſionem beneficiorum (de quibus prouiſi ſunt) admittantur; iuramento ſe obligare debeant, quod ſuorum beneficiorum fructus vltra terminum nouem annorum non elocabunt, aut in emphyteoſin dimittent, abſque noſtra auctoritate, & conſenſu. Qui verò nunc ad poſſeſſionem recepti ſunt, ab huiuſmodi elocatione abſtineant in pœnam ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto (ſi contrauenerint) incurrendæ.

*Suprapoſita ſtatuta de locatione et cōductione à R. Epiſcopo Iprenſi approbata & renouata ſunt.*

*a tit. de preſbyteris, et bon. eccleſ. cap. 4. 5. & 6.*

[illegible] etiam diuino officio, & ſucceſſoribus in beneficio multum damnoſa eſſe fructuum, & decimarum elocatio; ſæpe infra nimis longum tempus [illegible] prioris elocationis facta. Cui malo vtiliter

per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per concilium prouinciale Mechlinienſe prouiſum [illegible]
& ſtatutum, quod renouationes elocationum [illegible]
decimas, non prius quàm vno anno, & quoad [illegible]
bona, ad ſummum triennio, ante finem curſus [illegible]
rendæ fieri debeant. Quam conſtitutionem conci[lij]
prouincialis ab omnibus noſtris ſubditis obſeruari [man]-
damus in pœnam viginti librarum Turonenſium [quo]-
ties contrauenerint, & damnorum ac intereſſe, [quæ]
inde diuinum officium, aut in beneficio ſucceſſores [pa]-
tiantur. Illud igitur laudis noſtræ eccleſiæ Capitulo [tri]-
buēdum putamus, quod iam multos annos ante [præ]-
ctorum ſtatutorū editionem, nullas decimarū elocatio-
nes renouarit, niſi tertij anni decimis omnino [collectis].

Deinde & in prædicta Synodo Iprenſi hoc [quoque]
a cap. 8. d. tit. ſtatutum legitur[a]: Frequens experiētia nos docet [per]
quorundam beneficiatorum negligentia, & aliorum [lon]-
ga à ſuis beneficiis abſentia, fructus, terras, & [bona be]-
neficiorum, tam ſimplicium, quàm curatorum [aut]
deperdi, aut ita obſcurari contingit, vt vix aliqua [eo]-
rum habeatur notitia. Cui incommodo Synodus [pro]-
uincialis occurrere volēs, ordinauit, ac mandauit [om]-
nibus, & ſingulis beneficiatis, qui nunc in ſuorum [be]-
neficiorum ſunt poſſeſſione, vt bonorum & reddituum
ad beneficia per eos poſſeſſa ſpectantium claram [speci]-
ficationem, & veram declarationem ſcripto [confice]-
rent: ſicuti etiam nos aliquoties in præcedentibus [Syn]-
odis noſtris faciendum publicauimus. Verùm [quia]
hactenus huiuſmodi ſtatuti executio, quanquam [maxi]-
mè neceſſaria ſit, tamen à pleriſque neglecta fuit, [illud]
ipſum in præſenti Synodo innouantes mandamus, [vt]
omnes beneficiati noſtræ diœceſis, curati, & non [cura]-
ti, tam non reſidentes in ſuis beneficiis, quàm in [ijs resi]-
dentes, intra trimeſtre à concluſione præſentis Syn[odi]
nobis, ſeu Collectori noſtro dictam declarationem [cla]-
rè, & diſtinctè conſcriptam exhibeant, & tradant [cum]
effectu: in pœnam decem coronatorum, ſi vltra [trime]-
ſtre exhibere diſtulerint. Vlterius ſtatuentes, [quod de]-
inceps ſemper, quicumque alicuius beneficij [posses]-
nem obtinuerit, teneatur intra annum poſt a[deptam]
pacificam poſſeſſionem ſui beneficij, ſimiliter [illegible]

tionem, & declarationem fructuum eiuſdem ſui beneficij exhibere, in pœnam ſuſpenſionis à perceptione eorundem fructuum; donec iuxta præmiſſa ſatisfecerit. Cæterum licet prædicta ſtatuta tam prouincialia, quàm ſynodalia potiſſimum facta videantur pro eccleſiis parochialibus; ſententia tamen, & inſtitutum eorundem optimè, & conuenientiſſimè cathedralibus, & collegiatis eccleſiis accommodari poterunt paucis mutatis, præſertim illis, in quibus Canonici, & alij beneficiati fructus, & prouentus ſuorum beneficiorum diſtinctos, & ſeparatos habent.

Porrò, quia eccleſiarum multarum res quàm plurimæ aut deſtitutæ defenſoribus, aut etiam ab iis, quibus earum procuratio credita erat, proditæ, ita iam perierunt, vt monumentis vel interceptis, vel perditis, nulla ſpes iam reliqua videatur, illas in ius ſuum vindicandi: Ne deinceps accidat, néve quiſquam, quod in Chriſti patrimonio negligentior ſit, quàm in ſuo, meritò reprehendi poſſit, non pigebit huc etiam adferre, quæ in Concilio Mediolanenſi an. D. 1566. hac de re ſtatuta leguntur[a]. Epiſcopi & Capitula tam Cathedraliũ, quàm collegiatarum eccleſiarum, hoſpitalium etiam, ac quorumcumque piorum locorum gubernatores, ſeu adminiſtratores, & alij quicumque beneficia eccleſiaſtica quæcumque cum cura, vel ſine cura, quocumque nomine nuncupentur, etiam commendata, nunc obtinent, ab huius decreti editione; qui verò in futurum quomodocumque obtinuerint, ab adeptę poſſeſſionis die, quiſque intra ſpatium ſex mẽſium, edictis etiam interim publicè propoſitis, omnium & ſingulorum bonorum mobilium & immobilium, iurium, actionum, annuorum cenſuum, ſiue redituum, nominúmve debitorum, & aliorum quorumcumque ad eorum eccleſias, vel eorum adminiſtrationi commiſſas, monaſteria, vel beneficia, eorúmve menſas quocumque iure pertinentium, rationem diligentiſſimè conquirendam, & eorum omnium inuentarium, in quo locorum etiam fines, conditioneſque omnes ſigillatim deſcribantur, per publicum notarium diligenter conficiendum curent; Epiſcopus quidẽ, adhibitis duobus, à Capitulo cathedralis eccleſiæ

a tit. *Quæ pertinent ad bono. & iur. eccleſ. conſerua.*

delectis;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

delectis; capitulum coram Epiſcopo, aut aliis præfectis ab eo, alij verò coram fide dignis teſtibus. Ex commentario exẽpla duo, notarij publici auctoritate ad eorum fidem munita, conficiantur; quorum alterum Epiſcopi & Capitula eccleſiarum cathedralium in archiuio, quod vtriſque commune ſit, aſſeruent; alterum ad Metropolitanum mittant. Præfecti verò & Capitula eccleſiarum, quæ collegiatæ ſunt, alterum exemplar in communi eorum archiuio retineant; alterum archiuio cathedralis eccleſiæ intra cuius fines ſunt, aſſeruandum tradant. At verò in quibus eccleſiis cathedralibus, vel collegiatis archiuium eiuſmodi non ſit, ab Epiſcopo inſtituatur. Cæteri autem ſinguli, qui beneficia quæcumque eccleſiaſtica quouis titulo obtinent, exemplis item duobus eodem modo confectis, vnum in eccleſia ſua diligenter cuſtodiant; alterum ad cathedralem eccleſiam perpetuò conſeruandum mittant: vnde, ſi vſus poſtulabit, exemplum ſumere liceat gratis. Archiuia ſingula duabus clauibus muniantur in eccleſiis cathedralibus, earum vnam Epiſcopus, alteram capitulum cuſtodiat: in collegiatis alteram præfectus, alteram Capitulum ſeruet. Præterea in viſitationibus, eiuſmodi inuentaria Epiſcopi ſecum adferant: & cum iis, quæ ſeruant ij, qui viſitandi ſunt, ſigillatim conferant; perſpiciantque diligenter, ne quid eorum, quæ ibi deſcripta fuerint, deſit, quod eccleſiæ vel minimo detrimento eſſe poſſit; & ſi qua ſublata fuerunt, eccleſiæ reſtitui; omniaque eius damna ſarciri ſtudeant. Ipſa quoque inuentaria, ſi eis videbitur, renouari iubeant. Et vtique quæcumque acceſſio, vel immutatio facta ſit, ea quotannis in inuentaria referatur. Qui in his vel negligentia, vel contumacia, vel fraude peccauerint; ſi capitula, & alij beneficia eccleſiaſtica obtinentes, Epiſcopi arbitrio; ſi Epiſcopus, primæ prouincialis cuiuſque Synodi pœnas dabit. Si quæ laicis conceſſa bona eccleſiaſtica aliquo modo caduca facta ſint; caueant Epiſcopi, & quicumque beneficia eccleſiaſtica obtinent, ne pœnam caducitatis remittant; niſi ſeruatis iis, quæ in hoc genere iura præſcribunt. Si ſecus fecerint,

Epiſcopi in Synodo prouinciali pœnas dabunt; cæteri ab Epiſcopo plectantur. Qui bona eccleſiæ feudi nomine obtinent, à ſucceſſoribus in ea inueſtituram intra tempus à iure præſtitutum renouandam curent; eiſdemque fidelitatis iuſiurandum dabunt. Pari etiam ratione hæredes eorum & inueſtituram poſtulent, & iurent iis, qui eccleſiæ profuerint. Ne autem res eccleſiaſticæ cum aliis confundantur; mandamus, vt feudatarij omnes in eiuſmodi renouationibus omnia bona, eorumque fines ſigillatim & nominatim publico inſtrumento deſcribant. Hanc verò curam præcipuam Ordinariorum eſſe volumus, vt illos cogant hæc omnia exequi, propoſitis pœnis eorum arbitratu. Nemini beneficiorum eccleſiaſticorum bona ſuis intra tertium gradum in emphyteuſim, aut ad cuiuſvis temporis ſpatium, etiam per ſuppoſitas perſonas locare liceat; niſi euidens & magna eccleſiæ vtilitas, iudicio Epiſcopi, præter alia iuris requiſita, aliud poſtulare videatur. Si aliter factum fuerit, nulla ſit locatio; & qui locarit, ab Ordinario puniatur. Ex auctoritate ſacri concilij Tridentini[a] negotium damus Epiſcopis prouinciæ noſtræ, vt ſinguli vnà cum Canonico à Capitulo, & altero de clero, ab ipſis deligendo, recognoſcant, etiam ex officio, quaſcumque locationes bonorum eccleſiaſticorum, ad longum tempus à triginta annis factas, & ſi eas in damnum eccleſiæ & contra canonicas ſanctiones contractas fuiſſe adiudicauerint, irritas & nullas declarent. Nolumus cedentibus, aut decedentibus iis, qui eccleſiaſtica obtinent beneficia, illorum fructibus fraudari ſucceſſores, aut ſaltem eorum recuperationem litibus, & controuerſiis difficilem reddi: quare fit, vt interim eccleſia debitis muneribus & officiis deſtituatur. Idcirco ſancimus, ne eccleſiarum rectores, aut quicumque beneficia eccleſiaſtica obtinentes, ſine Ordinarij licentia ſcripto permiſſa, pendentes beneficiorum fructus quouis prætextu, vel cauſa alienent; niſi venditionis vel locationis nomine, & tunc dilata in id tempus pretij vel mercedis ſolutione, quo fructus erunt à ſolo ſeparati.

a ſeſſ. 25. de reform. cap. 11.

Quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quod ſi ſecus factum fuerit, contractus irritus &
nullus; & qui fecerit, arbitrio Ordinarij pœna afficia-
tur. Quam etiam ſuſtineat is, qui eo in ſuam rem vti
voluerit. Ne per inſcitiam, aut obliuionem id peccatum
committatur, vt decimæ iis, quibus legitimè debentur,
vel omnino non ſoluantur, vel ex parte tantum, de-
mandamus parochis, vt inter miſſam; & prædicationi-
bus, in concione, primo quoque Dominico die Aduen-
tus & Quadrageſimæ doceant populum, quid de ſolu-
tione decimarum ſacrum Tridentinum concilium ſta-
tuerit; vehementerque hortentur, ac moneant, vt de-
bitas decimas integrè perſoluant, ne propoſitam ab ea-
dem Tridentina Synodo excommunicationis pœnam
ſubire cogantur. Quibus etiam diebus eiuſdem Triden-
tini concilij decretum contra occupantes quorumuis
fructus, bona, & iura eccleſiarum, & aliorum piorum
locorum, communi lingua recitent. Omnes vero ec-
cleſiaſticas perſonas & eorum bona, libertatem, com-
moda, & iura omnia Principibus ſummopere commen-
damus, admonentes eccleſiaſticam immunitatem, ſiue
ad hominum vitam, ſiue ad bonorum poſſeſſionem
fructusque pertineat, Dei ordinatione, ſummorum Pon-
tificum decretis, & ſanctorum conciliorum auctoritate con-
tributam, nulla ratione violandam eſſe. Neque enim
Principes & Magiſtratus res eccleſiaſticas attingere,
neque ſacros & religioſos homines ad ſuum iudicium
poteſtatemque reuocare; neque Deo addictis bonis ma-
num iniicere, aut vllum onus imponere debent. Sed
verò meminiſſe oportet, quas à Deo facultates conſe-
cuti ſunt, eas ad ipſius Dei gloriam, & honorem, ho-
minumque ſacrorum ſalutem & incolumitatem con-
ferendas eſſe; qui pro eorum quiete ac felicitate
preces aſſiduè faciunt. Cuius officij cùm maxime in-
telligentes fore confidamus, in primis catholicum
eundemque potentiſſimum Hiſpaniarum Regem, &
reliquos deinceps prouinciæ Principes; dubitare non
poſſumus, quin re ipſa efficiant, vt eorum magiſtratus
& communitates nihil aduerſus immunitatem & li-
bertatem eccleſiaſticam vllo vnquã tempore moliantur.
tur. Quod ita vt fiat, Epiſcopi pro ſui officij

urare & eniti debebunt. Atque hactenus Concilium ediolanenſe.

Cæterum quãuis ſupra poſitæ rationes & modi conſeruandi bona eccleſiæ vtiles ſint, tamen ad iſtam conſeruationem felicius præſtandam, & diutius retinendã, non parum adiumenti attulerit, ſi Epiſcopi, Canonici & alij omnes eccleſiaſtici piè, ſanctè & honeſtè vixerint, & diuina officia, propter quæ ipſis data ſunt beneficia, per ſe, & non per ſubſtitutos vicarios, reuerenter, diſtinctè & deuotè perſoluerint. Deinde, ſi quæcumque in hac vniuerſa, quæ ad vitam & honeſtatem clericorum pertinet, parte, variis titulis expreſſa continentur, ab omnibus, ad quos ſpectant, diligenter & accuratè obſeruentur. Qui verò, cuiúsvis etiam gradus, ordinis, dignitatis, in aliqua re iis non obtemperauerit, aut ſalutari pœnitentia, aut pecunia, aut ſuſpenſione ab ordinum munere, & beneficiorum adminiſtratione, aut ipſis etiam beneficiis, aut carcere, aut exilio, aut pluribus ſimul ex iis pœnis, aut etiam grauioribus pro modo culpæ Epiſcopi ſeu Superioris ſui arbitratu mulctetur. Qui iterum in eadem re peccarit; duplicata is pœna pro ratione criminis ab eodẽ plectatur.[a] Vbi enim diſciplinæ obſeruatur rigor, ibi religionis ac fidei vigor eſt. Atque hoc modo non ſolũ temporalia hæc bona conſeruabimus ad neceſſariam vitæ noſtræ huius ſuſtentationem, ſed etiam æterna, cæleſtia & nunquam interitura, nec hæreticorum rapacitati obnoxia conſequemur.

a *Concil. Mediola. par. 2. tit. de negot. ſecul. à cler. fugiend.*

*Qua pœna afficiendi ſint bona eccleſiaſtica inuadentes & occupantes.* CAP. XIIII.

SI quem verò clericorum, vel laicorum, quacumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius eccleſiæ, ſeu cuiúsvis ſecularis, vel regularis beneficij, montium pietatis, aliorumque piorum locorum iuriſdictiones, bona, cenſus, ac iura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcumque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent, per

ſe, vel alios vi, vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſup-
poſitas perſonas clericorum, aut laicorum, ſeu quacum-
que arte, aut quocumque quæſito colore in proprios
vſus conuertere, illosque vſurpare præſumpſerit, aut
impedire, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipian-
tur [a]; is ſecundum SS. concilij Tridentini decretum [b]
anathemati tamdiu ſubiaceat, quamdiu iuriſdictiones,
bona, res, iura, fructus, & reditus, quos occupauerit,
vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione
ſuppoſitæ perſonæ peruenerint, eccleſiæ, eiusque admi-
niſtratori, ſiue beneficiato integrè reſtituerit, ac dein-
de à Romano Pontifice abſolutionem obtinuerit. Quod
ſi eiuſdem eccleſiæ patronus fuerit, etiam iure patro-
natus vltra prædictas pœnas eo ipſo priuatus ſit.
Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vſurpationis
huiuſmodi fabricator ſeu conſentiens fuerit, eiſdem
pœnis ſubiaceat; necnon quibuſcumque beneficiis pri-
uatus ſit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilis effi-
ciatur, & à ſuorum ordinum executione, etiam post
integram ſatisfactionem, & abſolutionem, ſui Ordina-
rij arbitrio ſuſpendatur.

Indignè enim, vt Symmachus Papa declarat [c], ad
altare Domini properare permittitur, qui res eccle-
ſticas audet inuadere, aut iniuſtè poſſidere, aut iniquè
vel iniuſta defenſione in eis perdurare: de quibus debet
eſſe tanta prouiſio, vt vindictam admonitio praecedat,
& res vſurpatas iniuſtè qui abſtulit, aut iniuſtè
qui retinet; æquitate patrocinante, legibus reddat.
Quod ſi neglexerit, & neceſſitas compulerit,
prędonē ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat.
de enim iniquum, & ingens ſacrilegium eſt,
cumque vel pro remedio peccatorum, vel pro ſalute,
requie animarū ſuarum vnuſquiſque venerabili
contulerit, aut certè reliquerit: ab his, quibus
ſeruari conuenit, id eſt, Chriſtianis, & Deum
bus hominibus, in aliud transferri, vel conuerti
tatur. Propterea qui hæc nō prouiderit, & alie
ſcriptum eſt prædia eccleſiæ tradita petierit,
rit, aut poſſederit, niſi ſe citò correxerit, quo
animas percutit anathemate feriatur, ſitque

a c. res eccleſiæ cū 2. ſequē. 12. q. 1. c. 1. 2. 3. c. monemus, cum multis ſequēt. 12. q. 2. c. quia & 2. ſequent. 16. q. 1. c. ratio. c. ſicut. 17. q. 4.
b ſeſſ. 22. de reform. cap. 11.
c c. nulli liceat, & c. quicumque. c. prædia, & 5. ſequen. c. de viro. c. indigne. c. de rebus. ca. diaconi & pluribus aliis ſequen. 12. q. 2. c. omnes. c. nullus. & aliis diuerſis ſequē. 16. q. 7. c. ſtatuimus & 3. ſeq. 16. q. 1. c. 1. c. ſacrilegiū, cum 2. ſequen. c. miror. c. attendendum. c. ſi forte. cum 2. ſequen. c. quiſquis 17. q. 4.

*Ingens ſacrilegium eſt bona eccleſiæ in aliū vſum quā relicta ſunt conuerti.*

d in 6. Synod. Rom. & in c. indigne. 12. q. 2.

vel donanti, vel poſſidenti anathema, & inſtitutę pœnæ contubernium aſſiduum; nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, qui religioſis animabus ad ſuſtentantiam pauperum derelicta contra fas ſine aliqua ...ratis conſideratione diſpergit. Vnde & in canoni-... Gangrenſi concilio Apoſtolica auctoritate con-...tis, defructuum oblationibus, quæ miniſtris eccleſiæ ...bentur, & de his, quæ in vſus pauperum conferũtur ...ptum habetur[a]: Si quis oblationes eccleſiæ accipere, ...dare voluerit, præter Epiſcopi conſcientiam, vel ...a, cuius huiuſmodi ſunt officia commiſſa, nec cum ...voluerit agere conſilio, anathema ſit[b]. Similiter & ...c, inquit Symmachus Papa[c], ad omniũ eccleſiarum ...am veſtra, cæterorumque exhortatione, & iudi-...cenſemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri ...ares Epiſcoporum eſſe eccleſiæ non dubitantur) ſi ...orum facultatibus ſimili fuerit crudelitate graſſa-...m, peruaſores rerum memoratarum, prædicta ca-...num diſtrictione feriantur; vt qui moribus pro-...i, ac nulla conſcientiæ caſtigatione corriguntur, ...ecp eccleſiaſticæ, & canonicæ vindictæ perfodian-...taculis,

a Concil Gangren. cap. 7.

b c. in canonibus, 16. q. 1.

c in d. 6. Syn. Rom. & in c. ſimiliter 16. q. 1

*Res Epiſcoporũ non dubitantur eſſe eccleſiæ.*

Generaliter verò quicumque res eccleſiæ confiſca-..., aut competere, vel peruadere periculoſa ſua in-...tione præſumpſerit, ſimiliter & hi, qui res ec-...ſiæ, iuſſu, vel largitione Principum, vel quorun-...dam potentium, aut quadam inuaſione, aut tyran-...nica poteſtate retinuerint, & filiis, vel hæredibus ſuis ...in quibuſdam iam factum audiuimus) quaſi hære-...tarias reliquerint; niſi citò res Dei, admoniti à Pon-...tifice, agnita veritate reddiderint, perpetuo ana-...themate feriantur. Iniquum enim eſſe cenſemus, vt ...ios cuſtodes chartarum, quàm defenſores rerum ...arum, vt præceptum eſt, iudicemur. Sanan-...m eſt ergo hoc celerius, ne longius execrandus ...is morbus inſerpat, & præcidendum id eſt, ...velut puro, ſanoque nimium corpori vulnus ...it; ne cùm tardius abſtergitur, in ipſis pœ-... viſceribus huius mali non haurienda ſentina ...dat. Ferro enim abſcindenda ſunt vulnera,

*Hæc in Belgio diuerſis in locis facta eſſe ipſius incolis notũ eſt.*

*Serò medicina paratur cũ mala per lõgas inualuere moras.*

quæ fomenta non ſentiunt. Similiter & illi cœteri debēt fieri ab Eccleſia, qui ſacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino[a]: Auferte malum à vobis. Vniuerſa Synodus ſurgens acclamauit: Vt ita rogamus, iſta ſeruentur precamur, vt in perpetuum maneant, & veſtra auctoritate firmentur: Exaudi Christe, Symmacho Papæ vita ſit[b].

Decretis etiam Anacleti[c], & Stephani[d] Pontificum martyrum, qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ aufert, vel fraudat, & rapit, vt homicida in conſpectu iudicis deputabitur. Ex ſententiis verò Pij[e], & Euſebij[f] Pontificum martyrum prædia diuinis vſibus tradita, eccleſiarum oblationes, & quod Deo conſecratum eſt, ſi quis humanis vſibus applicauerit, ſibi vſurpauerit, rapuerit, vel conſenſerit facientibus, vt ſacrilegus diiudicetur, & damnum in quadruplum reſtituat, & canonice pœniteat. D. verò Gregorius inuaſores rerum eccleſiaſticarum, ſecundum ſeculi leges, propter violatam immunitatem, & præſumptionem, & ſacrilegium, tanquam nequiſſimos prædones, & membra diaboli, atque filios nequam puniri voluit[g].

Nicolaus verò Papa primus hanc pœnitentiam illis iniungendam præſcripſit[h]; nimirum, vt vno anno extra eccleſiam Dei conſiſtant: ſecundo verò anno ante fores eccleſiæ ſine communione maneant: tertio verò anno eccleſiam Dei ingrediantur, & inter audientes aſtent, ſine oblatione; non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter Natiuitatis, & reſurrectionis dominicæ dies. Quarto præterea anno (ſi ſuperioribus tribus annis eorum fructuoſus fuerit pœnitentiæ labor) communioni fidelium reſtituantur, toto quaſi tis intentione ſpondentes talia ſe vlterius nunquam facturos, corpus & ſanguinem Domini ſuſcipere mereantur; & vſque ad ſeptimum annum tribus in hebdomada diebus ſine vſu carnium, & vini potatione maneant pœnitentes.

A quibus autē, & quomodo eccleſię, quæ hoc calamitoſiſſimo, & deploratiſſimo tempore profanatæ, ſpoliatæ, & deſtructæ fuerunt, reſtitui, reparari, refici debeant, pulcherrimè, & doctiſſimè per

a 1. *Corinth.* 5.

b *in d.* 6. *Syn. Rom. & in d. c. in canonibus. §. generaliter.* 16. *q.* 1.

c *epiſt.* 1. *c.* 1 *et c. qui abſtulerit.* 12. *q.* 2.

d *vt refert Gratia. in inſcriptione cap. qui Chriſti* 12. *q.* 2.

e *epiſt.* 2. *& c. prædia.* 12. *q.* 2.

f *epiſt.* 2. *& c. in legibus.* 12. *q.* 2.

g *epiſt.* 33. *li.* 4. *& c. cum deuotiſſimam. et ſequen.* 12. *q.* 2.

*Inuaſoribus rerum eccleſiaſticarum quę pœnitentia ſit iniungenda*

h *in c. de viro.* 12. *q.* 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clariſſimus Iuriſconſultus Petrus Peckius in libro ſuo de ſacroſanctis & catholicis Chriſti eccleſiis reparãdis, ac reficiendis anno 1573. edito, ad cuius diligentem lectionem omnes hortor; in quo inter alia tradit; quod eccleſia habeat tacitam hypothecam in bonis eius, qui eam læſit, deſtruxit, vel ſpoliauit, pro reſtitutione rerum ablatarum, damnoque illato [a]: quicumque etiam illorum & bonorũ poſtea poſſeſſores fiãt; adeò vt etiãſi remiſſio, ſeu abolitio delicti à Principe impetretur, iuri tamen quæſito, & hypothecæ eccleſiæ nullum inde præiudicium generetur [b]. Deinde quod magiſtratus, qui direptionem eccleſiarum non impediuit, dum potuit, ad reparationem, & reſtitutionem eiuſdem tenetur [c]: Quia negligere, cùm quis poteſt perturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fauere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare [d]. De hac quoque reparatione, & reſtauratione nonnihil in alio noſtro tractatu; De malorum horum temporum cauſis, & remediis, deque diuinis officiis debite peragendis, diximus [e].

*Quibus de cauſis, & quomodo interdum res eccleſiæ alienari poſſint.* CAP. XV.

LEo Papa vniuerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis legem ſuper alienatione rerum eccleſiæ præſcribens [f]: Sine exceptione, inquit, decernimus, ne quis Epiſcopus de rebus eccleſiæ ſuæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, niſi fortè aliquid horum faciat, vt meliora proſpiciat, & cum totius cleri tractatu, atque conſenſu id eligat, quod non ſit dubium profuturum eccleſiæ. Epiſcopus rebus eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis vtatur. Irrita enim Epiſcoporum venditio, & cõmutatio rei eccleſiaſticæ erit abſque omnium * conniuentia, & ſubſcriptione clericorum domus vrbium, vel caſtrorũ, quæ eccleſiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, licet rectoribus eccleſiarum vendere, vel commutare. Ex qua epiſtola vim legis habente, & pro iure ſeruanda [g], conſtat: res eccleſiæ regulariter, & generatim alienari non poſſe, ſicut ſuprà demonſtratum

a *cap. 4. alleg. Salic. Bald. & alios DD ad l. furti. C. de furtis. & c. parochiarum. de ſepult.*

b *cap. 6. alleg. Bald. ad l. ex facto ff. de vulg. et pupill. ſubſti. Bart. et Iaſon. ad l. gallus. ff. de poſtlimin. Egid. Bellamera deciſ. 743.*

c *cap. 7. alleg. Rebuff in prefat. ad l. vnicã. de ſent. quæ pro eo quod int.*

d *c. negligere. 2. q. 7.*

e *lib. 5. cap. 5. 6. & 7.*

f *in c. ſine exceptione. 12 q. 2.*

* *fortè legendũ conniuentia.*

g *arg. l. 1. de conſtit. Princ. l. item veniunt ff. de petit. hær. §. ſed & quod. inſtitu. de iur. natu. Alexan. conſil. 97. lib. 3.*

 eſt;

eſt: Interdum tamen certis, & legitimis de cauſis, certoque modo & forma obſeruatis, earundem alienationem poſſe fieri, de quibus nunc dicemus. Primò igitur, vt alienatio fiat, requiritur eccleſiæ neceſſitas. Tum eiuſdem vtilitas, vel ſaltem ne quid fiat in eccleſiæ læſionem ſeu damnum; vel ſi res alienanda, eccleſiæ ſit magis damnoſa, quàm vtilis[b]; aut ſi eccleſiæ commoda, & minus vtilis ſit[c]. Tertiò, cauſa pietatis, vt cùm res eccleſiæ alienantur ad ſubueniendum pauperibus, ad redimendum captiuos, ad ædificãdum eccleſiam, vel cœmiterium emendandum, ſeu amplificandum, vel ad ſepulchra Chriſtianorum defunctorum facienda[d]. Et de his cauſis, vel aliqua earũ, cuius intuitu fieret alienatio, cõſtare debet per publicũ inſtrumentum.

Præterea ad alienationem huiuſmodi faciendam requiritur tractatus Capituli. Debet enim Capitulum conuocari, ſeu congregari ad hoc per ſonum campanæ, vel aliter, vt moris eſt: Et cùm omnes ſimul conuenerint, proponet Prælatus, vel Superior, aut antiquior eorum qui conuenerunt, cauſam conuocationis: petetque à ſingulis ſuffragiũ ſuper re alienanda, vel non alienanda: An ſcilicet eccleſiæ prouideri non poſſit non faciendo alienationem, vtputa ex fructibus locationũ rerum eccleſiæ habitis. Et ſi non de fructibus, ánne prouideri poſſit de rebus mobilibus: ſi non de mobilibus, an magis expediret eidem prouideri de quibuſdam rebus minus fructuoſis, quàm aliis, inſtar alienationis bonorum pupillorum[f]. Hiſce autem propoſitis, monebit Præſes, ſeu proponẽs, vt omni humano affectu, amore, fauore, odio, inuidia, & aliis ſimilibus ſepoſitis, Deum & eccleſiæ ſuæ tanquam matris neceſſitatem, & vtilitatem, atque ſtatum præ oculis habentes, maturè, & ſpiritualiter deliberent; an & quid alienare expediat. Tum à ſingulis poſcet ſeu petet ſuffragium deſuper, & quod pluribus, atque ſanioribus fratribus viſum fuerit, inconcuſſè & conſtanter debet obſeruari; niſi à paucioribus & infirmioribus aliquid rationabiliter obiectũ, & oſtenſum fuerit: quia tunc negotiũ differendum eſt, donec cognitio ſuper illo ſumpta ſit. Habito autem omnium, vel ſaltem maioris, & ſanioris partis Capituli ſuper negotio po-

a cap. nulli habenti. c. placuit. 12. q. 2.
b c. tua. de his quæ fi. à Præl. & ibid. gloſ. et DD. c. nõ liceat Papæ & d ca. ſine 12. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius. 10. q. 2.
c c. ad aures. c. vt ſuper. de re. eccle. non alien. c. terrulas. & ſequen. 12. q. 2.
d c. Apoſtolicos. & 3. ſequẽ. & c. aurum c. gloria. c. ſi Epiſcopus. 12. q. 2. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccle.
e Prepoſ. in d. c. nõ liceat Papæ. Rebuff. in tract. de alien. rer. eccleſ. Alphõſ. Aluarez in Theſauro Chriſt. religio. cap. 24.
f l. magis puto. ff de rebus eorum. Socyn. cõſil. 29. volu. 1. et cõſ. 255. vol. 2
g c. 1. et ibi gl. Panor. et alij. de his quæ fi. à ma. par. cap. l. nominationũ. C. de d. curion. l. plane. et l. nulli ff. quod cuiuſ. vniuer. nom. Rebuff. in d. tract. de alien. rer. eccleſ.

[po]ſito conſenſu in communi congregatione dato [a], [ſe]cus extra illam & ſigillatim verbis, vel literis con[ſe]nſus datus non valet [b]) priuſquam conuentus diſſol[u]atur per Præſidem Capituli, concludatur & pronūtie[tu]r alienationem ob cauſas allegatas, & probatas, eſſe [fa]ciendam. Iſtius autem tractatus, deliberationis, & conclusionis fiat inſtrumentum, quo narretur, quod [Pr]ælatus ſeu Superior eccleſiæ N conuocatis, & con[gre]gatis per ſonum campanæ, vel aliàs, vt moris eſt, in Capitulo eiuſdem eccleſiæ Canonicis, ſeu fratribus (ſin[gu]lorū nomina exprimendo) propoſuerit, an ob hanc [ve]l illam cauſam (quæ exprimi omnino debet) talis ec[cleſiaſ]ticæ res, tali loco ſita (quæ quoque nominanda ſunt) [ali]enanda ſit, & pretium, ſeu pecunia in dictam cau[ſ]am conuertenda, credētes hoc ipſi eccleſiæ vtilius eſſe, [&] expedire: Atque hunc tractatum, & conclusionem [ſi]c factam approbarunt, & confirmarunt [c]. Deinde re[q]uiritur, vt Canonici ſeu fratres huic inſtrumento ſub[ſc]ribant, vel eorum nomine Secretarius, vel Notarius [iux]ta eccleſiæ ſeu loci conſuetudinem [d].

Ad hunc autem ſupradictum alienationis tractatum [v]ocandi tantùm ſunt Canonici, qui eccleſiæ illi deſer[uiu]nt, cuius bona alienantur: alij verò abſentes, ſeu nō deſeruientes prædictæ eccleſiæ vocari non debent [e]. At[q]ue hic tractatus ſemper adhiberi debet, & præmitti, priuſquam alienatio fiat, quando res alienanda eſt de [b]onis cōmunibus, quæ habēt Prælatus, & Capitulū: vel [q]uæ ſpectant tantū ad Prælati menſam, vel ad Capituli menſam [f]. Cæterū priuſquā propoſitio, vel tractatus fiat [d]e re certa alienāda, tractabitur, ánne alia via, modo, & [r]atione prouideri eccleſiæ poſſit, prout ſuprà diximus.

Præterea requiritur authoritas, ſiue licentia & con[ſe]nſus Epiſcopi illius præſertim eccleſię ſeu diœceſis, in [q]ua eſt is, qui alienat. Tum etiam pro tutiore, require[tu]r conſenſus illius Epiſcopi, in cuius diœceſi res alie[n]anda ſita eſt. Cæterum hæc authoritas præſtari non [d]ebet, ſine cauſæ cognitione, quæ ſi neglecta, vel omiſ[ſa] fuerit, non valebit authoritas Epiſcopi præſtita [g],

Xx iiij nec

a arg. ca. in geneſi. de elect. et d. c. ſine exceptione. et ibi Prępoſ. et Archid. & ca. obeuntibus. diſt. 33.
b Bald. in authē. hoc ius porrectū. C. de ſacr. eccl. Archid. et Præpoſ. in d. c. ſine exceptione.
c Specul. in tit. de locat. §. ſequitur Bart. in l. 1. ff. de albo ſcri. Io. And. et Imol. in c. quāto. de his quæ fi. à Præl. Rebuff. in d. tract. de alien. re. eccl.
d gloſ. in prag. ſanct. tit. de auct. ſacr. cōcil. et tit. de nu. et qual. Card. & tit. de ſubl. cler. lit. Socin. in cōſil. 15 in 1. volu.
e c. ea enim. §. hoc ius. 10 q. 2. gl. in c. quāuis. in verb. euocādi de offic. ordi. in 6. authē. hoc ius porrectum. & ibi Bald. C. de ſacroſ. eccleſ.
f gl. in clem. 2. de reb. eccl. non alien. Imola. in c. 1. de his quæ fi. à præl. Rebuf. in d. tract.
g d. c. ea enim. §. hoc ius. Inno. in c. paſtoralis. de priuileg. Felin. in c. dilect. 2. de reſcrip. gloſ. in cap. vendition. 17. q. 4. alleg. l. ſi prædium. C. de præd. mino. Rom. cōſil. 150 gl. in c. nulli, de re. ecc. non alien.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nec valet conſuetudo cognitionem cauſæ in alienatione non requirens, vel admittens[a]. Conſuetudo verò diſponens, quod Prælatus irrequiſito Capitulo alienet, vel Capitulum irrequiſito Prælato, etiam non valet. Verùm ſi Prælatus ſit exemptus, requiritur authoritas Papæ[c]. Si verò eccleſia iuris ſit patronatus, etiam patroni conſenſus requiritur[d]. Si verò Papa alienationi ſuam interponat authoritatem, & ab eo impetretur licentia alienandi, tunc non requiritur conſenſus Prælati inferioris, nec Capituli[e].

Sunt tamen certi caſus, in quibus ſupradictæ ſolennitates neceſſariò non requiruntur: vt quando alienantur res parui momenti, ſeu vtilitatis, de quibus ſupra dictum eſt. Deinde quando alienantur res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt[f]. Tertiò quando alienantur res eccleſiæ ad modicum tempus; vtpote triennium, vel ad ſummum non excedens annos nouem. Nam ſi ad illud tempus fiat, vel ad vitam, adhiberi debent ſupradictæ ſolennitates[g]. Quartò, quando alienatio facta eſt in vtilitatem eccleſiæ. Nam vbi in aliquo actu interuenire debet ſolennitas habito reſpectu ad certum finem, tunc obtento illo fine, & effectu, propter quem introducitur ſolẽnitas, licet ea non interuenerit, actus tamen valebit, poteritque illa poſtea adhiberi[h].

Præmiſſis autem peropportunè aſſcribenda nobis videtur conſtitutio Pauli papæ II. ſuper alienatione rerum eccleſiaſticarum edita his verbis: Cùm in omnibus iudiciis ſit rectitudo iuſtitiæ, & conſcientiæ puritas obſeruanda, id multò magis in commiſſionibus alienationum rerum eccleſiaſticarum conuenit obſeruari; in quibus de Chriſti patrimonio, & diſpenſatione pauperum, non de proprio cuiuſq; peculio agitur, tractatur. Quapropter oportet, vt in examinãdis huiuſmodi alienationum cauſis, quæ à ſede Apoſtolica in forma: ſi in euidentem vtilitatem cedant, oneratis eccleſiaſticorum iudicum conſcientiis delegantur, nullus fauor vſurpet; nihil timor extorqueat; nulla expectatio præmij iuſtitiam cõſcientiamque ſubuertat. Monemus igitur & interminatione diuini iudicij omnibus commiſſariis & delegatis huiuſmodi diſtrictè præcipimus,

a gl. in cle. vlt. de re. ec. nõ alie. Bald. in d. authẽ. hoc ius porrectum Gemi. cõſ. 48. Rebuf. in d. cõp. alien.
b Archid. in c. in vẽdit. 17. q. 4. gl. in clem. 2. de reb. ecc. nõ alien. c. cũ cauſa. de re. iud. Hoſt. et Inno in d. c. 1 de his quę fi. à ma. par. capit.
c gl. in cle. 1 de re. ecc. nõ alien.
d 16. And. in addit. ad Spec. tit. de empt. gl. in c. cõſt. 16. q. 1.
e gl et DD. in c. potuit, de loc. Dec. cõſil. 142.
f gl. in fin. 12. q. 2. et c. 2. de re. ecc. nõ alie in 6.
g gl. et DD in d. ca. 1. de reb. eccle. non alien. in 6. et c. 1. eod. tit. in extrau. com. Alex. cõſil 17 in 4. vol. Quę obſeruãda ſint in examinatione cõmiſſionũ ſuper alienatione rerũ eccleſię impetrat.
h arg. c. cũ nos. de his quæ fi. à præl. Bald. in l. contra iuris. ff. de pact. & l. quicumq;. C. de bonis quæ liberis. Rebuff. in d. cõpen. alien. rer. eccleſ.

t cautè, & diligenter attendant cauſas in literis Apoſtolicis per ſupplicantes expreſſas, illaſque ſolicitè examinent, atque diſcutiant: teſtes & probationes ſuper narratorum veritate recipiant; & ſolum Deum præ oculis habentes, omni timore aut fauore depoſito, eccleſiarum indemnitatibus conſulant; nec in læſionem, aut detrimentum earum decretum quomodolibet interponant. Si quis autem Commiſſarius aut Delegatus conſcientiæ ſuæ prodigus in grauamen, aut detrimentum eccleſiæ per gratiam, timorem, vel ſordes alienationi conſenſerit, aut decretum, vel auctoritatem interpoſuerit, inferior quidem Epiſcopo ſententiam excommunicationis incurrat; Epiſcopus verò aut Superior ab executione officij per annum nouerit ſe ſuſpenſum; ad eſtimationem detrimenti eccleſiæ illati nihilominus condemnandus, ſciturus, quod ſi ſuſpenſione durante damnabiliter ingeſſerit ſe in diuinis, irregularitatis laqueo ſe inuoluet, à quo non niſi per ſummum Pontificem poterit liberari. Is verò, qui dolo, vel fraude, aut alia ratione in detrimētum eccleſiarum alienationem fieri procurauerit, aut per ſordes vel impreſſionem alienationis decretū extorſerit, ſimilem ſententiam excōmunicationis incurrat, à qua non niſi per Rom. Pontificem poſſit abſolui: ad reſtitutionem nihilominus rerū alienatarum cum fructibus, quandocumque de præmiſſis conſtiterit, condemnandus. Volumus autem quod delegati & commiſſarij prædicti de pœnis conſtitutionis noſtræ ſpecificè moneantur: & in quibuſcūque literis commiſſionum huiuſmodi hoc ſtatutum noſtrum inſeratur. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtræ monitionis, præcepti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationē omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1464. quinto Idus Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

Paulus verò Papa V. volens indemnitati eccleſiarum, aliorumque piorum locorum conſulere ac prouidere, ne illorum bona ſine ſua, aut ſucceſſoris ſui ſcientia &

Xx v licentia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licentia alienarentur, aut perpetuò, vel ad longum tempus, aut vnam vel plures, illa cōducere volentibus, locarentur, aut de his alio titulo diſponeretur, anno 1568. die 17. Auguſti, ſua conſtitutione, omnes & ſingulas facultates & licentias concedendi commiſſiones alienationum, vel permutationum, aut affrancationum (vt vocant) aut illarum confirmationum quorumcumque bonorum eccleſiaſticorum, aut locorum piorum quorumcumque valoris exiſtentium, etiam ſummam aureorum quinque ducatorum auri de camera non excedentium, aut alterius minoris valoris in forma, quæ dicitur in euidentem, Camerario & cameræ Apoſtolicæ clericorum collegio per anteceſſores ſuos pontifices, etiam motu proprio, ex certa ſcientia, & ex quauis causa vrgētiſſima cum quibúsvis clauſulis, ac decretis irritantibus, & in vim contractus conceſſas, confirmatas, & innouatas, perpetuò reuocauit, caſſauit, & annullauit. Interdicens & expreſsè prohibens ne ... turum licentiæ, & facultates ac commiſſiones alienationum huiuſmodi ſub quouis prætextu concedantur, & conceſſas contra voluntatem, ordinationem & decretum ſuum, nullas, inualidas & irritas eſſe decreuit & declarauit: ſicut latius conſtat ex prædicta ipſius conſtitutione.

## *De peculio, teſtamentis, & vltimis voluntatibus clericorum beneficiatorum.* CAP. XVI.

EX nimia autem ſecularium negotiorum permixtione, & familiaritate, eò plurimi eccleſiaſtici, proh dolor, deuenerunt, vt de reditibus ... oblationibus, & votis fidelium non ſolùm ſuo, ... etiam alieno nomine res comparent, fraudemque ... cultatibus eccleſiaſticis faciāt, licet hoc ſacrilegium & par crimini Iudæ furis (qui ſacras oblationes portabat, & furabatur,) & iure pontificio expreſſè prohibitum [a]. Quicquid enim clericus promotus ad eccleſiaſticum beneficium, & nihil patrimonij habens ... eccleſiæ efficitur [b], in quam ipſo iure tranſit dominium, etiamſi traditio rei emptæ nondū facta ſit: quia ... eccleſia priuilegiata eſt, vt ſine traditione in eam transferatur dominium; eique ſolus titulus ſufficiat [c].

a c. inquirendum. de pecul. cleric.

b c. 1. 2. 3. & ibid. Panor. et in c. ſi quis. de pecul. cler. cap. placuit. 12. q. 3. c. presbyter. 12. q. 4. & ibid. c. ſacerdotes.

c l. fin. C. de ſacroſ. eccl. & ibid. om. DD. l. 1. C. de donat. Bart. in quæſt. ſuis. quæſt. 13. Tiraquel. in tract. de priuil. piæ cau. priuil. 107. Paul. Pariſ. cōſ. 77. volu. 1. & Sarment. in tract. de redit. eccleſ. par. 3. cap. 2.

verò clericorum agella, vel vineolas in terra eccleſiæ ſibi feciſſe probabitur ſuſtentandæ vitæ cauſa, vſque ad diem obitus ſui poſſideat: verùm poſt ſuum deceſſum eccleſiæ reſtituat, nec teſtamentario, aut ſucceſſorio iure cuiquam hæredum, prohæredúmve relinquat, niſi forſan cui Epiſcopus pro ſeruitiis eccleſiæ præſtitis largiri voluerit [a].

Vnde & in concilio Lateranenſi conſtitutũ legitur [b]: Cùm in officiis charitatis primo loco illis teneamur obnoxij, a quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe: contra quidam clerici, cùm ab eccleſiis ſuis multa beneficia perceperint, bona per eas acquiſita in alios transferre præſumunt. Hoc igitur quia antiquis canonibus conſtat inhibitum, nos indemnitati eccleſiarũ prouidere volentes, ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue aliis conferre voluerint, penes eccleſias, eadem bona præcipimus permanere. Cæterum quia poſtmodum dubitabatur, an hoc concilij decretum, & ſtatutum eſſet de immobilibus bonis tantùm, vel de mobilibus intelligendum, Alexander III. vel Innocentius III. Papa [c] desuper conſultus reſpõdit [d]; quod generaliter bona quæ-libet per eccleſiam acquiſita, clericis debent iuxta Lateranenſe concilium poſt eorum obitum apud eccleſiam remanere. Nomine autem eccleſiæ, non Epiſcopus, vel ſucceſſor clerici morientis, vbi eſt collegium clericorũ; ſed communis cõgregatio intelligitur, quæ rerum illarum debet canonicã diſtributionem, & curam habere. Vbi autem in loco defuncti tantùm eſt vnus ordinandus, is ea bona (ſicut & alia ipſius eccleſiæ) in Dei timore diſpenſet. Licet autem mobilia per eccleſiam acquiſita, de iure in alios pro moriẽtis arbitrio transferri non poſſint, conſuetudinis tamen non eſt improbandę, vt de his pauperibus, & religioſis locis, & illis, qui viuenti ſeruierant, ſiue ſint conſanguinei, ſiue alij, aliqua iuxta ſeruitij meritum conferantur. Cæterum quæ ex hæreditate, vel artificio, aut doctrina proueniunt, diſtribuuntur pro arbitrio decedentis. Quia verò nonnulli in diuerſis eccleſiis beneficia poſſident, diuidantur quæ habuerant, per æſtimationem congruam inter ipſas.

a c. fin. & ibi Hoſt. Io. And. Panor. de pecul. cleric.
b c. cum in officiis. de teſta. et vlt. volunt.

*Ingratitudo beneficiatorum aduerſus eccleſiam ſuam.*

*Beneficiatorum bona penes eccleſiam ſuam maneant.*

*Quę beneficiatorum bona eccleſiæ maneãt.*

c vt Sarmẽtus inquit in tract. de redit. eccleſ. par. 3. cap. 3.

*Eccleſiæ nomine quid hic deſignetur.*

d c. relatum, 2. de teſtam.

*Beneficiatus moriens quibus aliqua de bonis eccleſiæ largiri poſſit.*

*De quibus bonis liberè teſtari ſeu diſponere beneficiatus poſſit.*

Huc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Huc pertinet & illud quod ab eodem Alexandro [illegible] ſcriptum fuit[a]: Clerici de mobilibus, quę per eccleſiam ſunt adepti de iure teſtari non poſſunt: viuentes [illegible] & ſui compotes moderatè valent aliqua de bonis [illegible] non ratione teſtamenti, ſed eleemoſynæ intuitu, [illegible]gare in ægritudine conſtituti. Et licet clerico, [illegible] quæ paternæ ſucceſſionis vel cognationis intuitu [illegible] de artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum [illegible] amicorum, non habito reſpectu ad eccleſiam, pe[illegible]runt ad ipſos, liberè diſponere valeant: de his [illegible] quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, nullum [illegible]re poſſunt facere teſtamentum[b]. Quod ſi de illis [illegible] per hæreditatem, aut alio modo intuitu perſonarum [illegible] fierint, ante obitum non diſpoſuerint, ſed inteſtati [illegible]ceſſerint, nec aliqui fuerint inuēti, qui iure cognationis ipſis ſuccedere valeant, altari, ſeu eccleſiæ, cui [illegible]runt, omnia perpetuò ſanctificentur, & in uſus [illegible]dantur [c].

*Cur clerici de beneficiorum ſuorum fructibus & reditibus* [illegible] *non poſſint.* CAP. XVII.

Conſtat igitur ex præmiſſis de quibus bonis [illegible] teſtari vel non teſtari poſſint: Et de quibus [illegible] nō poſſunt (vtpote per eccleſiā acquiſitis, & [illegible]ptis) permittitur illis, pauperibus, religioſis locis, [illegible]lis, qui ſibi ſeruierūt, dum viuunt, donare, non [illegible]ſtari: & hoc certa, atq; legitima de cauſa. Nam cum [illegible]ctuū, & redituū, aliorumq; bonorum ſuorū benefici[illegible]rum directi, & vtiles Domini nō ſint; ſed tantum [illegible] curatores, & diſpenſatores eorundem [d]: ita vt [illegible] honeſtam ſuſtentationem ſibi nihil ex illis [illegible] poſſint, ſed ſuperflua teneantur pauperibus, vel [illegible] vſus erogare [e]. Idcirco Eccleſia, vt eos ad diligentem [illegible] & fidelem muneris, atque officij ipſorū execu[illegible] cogeret, per quam ad regnum cælorum peruenire [illegible]ſent, voluit, vt de omnibus & ſingulis dicere[illegible] quod de B. Laurentio (cui theſauri eccleſiæ erant [illegible]miſſi erant) canit Eccleſia [f]: Diſperſit, dedit pauperibus [illegible] iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Perſpiciebat [illegible] huic erogationi maximo impedimēto fore [illegible]

a In c. ad hæc. d. tit. de teſtam.
b c. quia mos. d. tit. de teſt. i. c. 1. et c. fixā. 12. q. 5.
c c. 1. et ibi. gl. Hoſt. Pan. de ſucceſ. ab inteſt. c. vlt. et penult. § ſed ſi Epiſco. 12 q. 5 c. quicūque. 12. q. 3. Alphonſ. Aluarez in Theſau. Chriſt. religio. cap. 6. & 24.
d c. quod autē. 23. q. 7. c. conuenior. 23. q. 8. c. vlt. & penult. 12. q. 1. c. edocere. de reſcript. c. 2. de donation. Clem. lib. 2. cōſtitut. Apoſt. c. 29. et 39. Naua. in tract. de redit. bene. eccleſ. q. 1. nu. 18.

*Cur clerici de fructibus, et reditibus beneficiorū ſuorū teſtari nō poſſint.*

e c. clericus. ca. Epiſcopus c. pręcipimus. c. quia tua. 12. q. 1. Sarmen. in trac. de redit. eccle. par. 3. c. 1. ca quoniā quicquid. 16. q. 1. Nauar. in tra. de redit. benef. quæſt. 1. nu. 9. & ſeq. Card. conſil. 110. Alphōſ. Aluarez in Theſa. Chri. relig. cap. 6.
f ex pſal. 111.

militer experientia docente intelligebat, nihil eſſe conſultius ad inuitandum eum, cui vſusfructus aliquorum bonorum relinquitur, ad liberalitatē in vita exercendam, & ad auertendum à nimio illorum deſiderio, quàm ei vſumfructum illorum relinquere ſub conditione; ne ſcilicet de eius reditibus quicquam decedens teſtamento relinquere poſſit. Tum etiam quod abſurdum fuiſſet, ſi Eccleſia permiſiſſet beneficiariis abſque vlla cauſa teſtari de reditibus beneficiorum in ſuperfluos, & profanos vſos; cùm illa ſint pauperibus debita legibus naturæ, & diuinis: quas tutari ad ſanguinem vſque Eccleſiā oportet[a]. Omnia enim decem decalogi præcepta leges naturales ſunt, iuxta receptā B. Thomæ doctrinam[b]. At beneficiarius aliter, quàm ſupradictum eſt contra iuris diſpoſitionem fructus & reditus beneficij ſui diſpenſans, trāſgreditur, & infringit ſeptimum, & decimum præceptum decalogi[c]. Siquidem non ſolum ea infringit is, qui palā furatur, aut rapit, ſed etiam is qui re aliena contra voluntatem Domini vtitur[d]. At is qui reditus beneficij ſui contra prædicta Eccleſiæ, & ſummi pontificij decreta expendit, vtitur bonis illis contra voluntatem Dominorum, qui illa dederunt; puta Domini noſtri Iesv Chriſti, & Eccleſiæ quæ illa recepit & tenet; tum etiam eorum, qui eccleſiæ bona donarunt vel legarunt per piam aliquam fundationem[e].

Deinde is, qui quod debet non ſoluit ei, cui debet; & qui ſe non exonerat iniuncto ſibi onere, quando, & quomodo tenetur, contra voluntatem Domini alienum detinere, & prædicta præcepta tranſgredi cenſetur[f]. Itaque beneficiarius, qui ſuperflua detinet, aut non tribuit pauperibus, aut donat diuitibus ratione cognationis, amicitiæ, vanitatis, aut vitij, prædicta præcepta quoque tranſgreditur, quandoquidem ea, quæ intuitu eccleſiæ percipit, illi collata ſunt cum onere, & conditione dandi ſuperflua pauperibus[g]. Vnde in canonibus Apoſtolorum conſtitutum legitur[h]. Præcipimus, vt Epiſcopus res eccleſiæ in poteſtate habeat. Nam ſi pretioſæ hominum animæ fidei eius committendæ ſunt, multò vtique magis oportuerit & de pecuniis illi mādatum dare, vt illius arbitratu diſpēſentur,

neque

a *Nauar. in tract. de redit. benef. eccle. q. 1. nu. 9. & ſequen. et quæſt. 3. num. 2.*
b 2. 2. *quæſt.* 122. *art.* 2.
c *arg. c. pœnale.* 14. *q.* 5.
d *l. qui re. ff. de furt. l. igitur. ff. de lib. r cauſa. §. placuit. inſtit. de oblig. quæ ex delict.*
e *arg. l. 1 & l. legatum. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pert. Cardi. in clem. quia contingit. de religioſ. domib.*
f *c. ſæpe de reſtit. ſpol. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art fin. l. 1. C. de donatio. quæ ſub modo toto tit. ff. de condit. & demōſtrat.*
g *Act. 2. et 4. Clem. de conſtitu. apoſt. lib. 2. cap. 29. et epiſt. 5 ad Iacob. ca. dilectiſſimis.* 12. *q* 1.
h *Cano.* 39. & 75.

neque non cum timore Dei, ſummaque ſollicitudine
per presbyteros, ac diaconos erogentur in paupert[illegible]
iis autem percipiat & ipſe (ſi modo indiget) quan[illegible]
ad neceſſarios ſuos & hoſpitio exceptorum fratru[illegible]
peregrinorum vſus opus habet, vt nihil eis poſſit o-
nino deeſſe, & ne quo modo ipſe poſteriore loco [illegible]
beatur, quàm cæteri. Ordinauit enim lex Dei, & p[illegible]
cepit, vt qui altari inſeruiunt, de altari nutria[illegible]
quia nec milites vnquam ſuis ſtipendiis arma h[illegible]
inferunt [a].

Deinde B. Clemens [b] D. Petri ſucceſſor, & diſc[illegible]
lus, quæ ex decimis, & primitiis dantur ſecundu[illegible]
datum Dei, & quæ occaſione pauperum offeru[illegible]
rectè, inquit, homo Dei, id eſt, Epiſcopus diſpe[illegible]
phanis, viduis, afflictis, & peregrinis egentibus, [illegible]
habet Deum harum rerum rationem ab eo repo[illegible]
qui hanc diſpenſationem illi commiſit. Omnibus [illegible]
tibus cum iuſtitia [c] tribuentes, ipſique iis vtent[illegible]
non abutentes: comedentes de iis, ſed non ſoli [illegible]
tes, egeniſque impartientes, Dei offenſionem [illegible]
Nam ſi ſoli hæc conſumetis, exprobrabitur [illegible]
Deo dicente tanquam inſatiabilibus [d], & vorato[illegible]
Lac comedebatis, & lanis veſtiebamini. Et in ali[illegible]
co [e]: Nunquid habitabitis ſoli ſuper terram? Prop[illegible]
in lege præceptum eſt vobis [f]: Diliges proxim[illegible]
ſicut teipſum. Atque hæc non ideo dicimus, vt [illegible]
capiatis fructũ laborum veſtrorum. Scriptũ eſt en[illegible]
Non infrænabis os boui trituranti: Sed moder[illegible]
cum iuſtitia. Vt igitur in area laborans inſomn[illegible]
comedit quidem, ſed non totum abſumit: ſic vo[illegible]
borantes in area, hoc eſt, in eccleſia Dei, de ecc[illegible]
comedite more leuitarum miniſtrantium in tabe[illegible]
culo martyrij, quod per omnia eccleſiæ figuram [illegible]
bat. Nolite exiſtimare facile, vel leue eſſe Epiſcop[illegible]
onus. Conuenit igitur, vt quemadmodum onus [illegible]
netis ipſi, ita quoque fructuum primi participes [illegible]
& egentibus partem ſuppeditetis, vt qui rationem [illegible]
dituri eſtis ei, qui falſas rationes à vobis non eſt [illegible]
pturus [h]. Et idem alibi populo loquens [i]: Ita fa[illegible]
quemadmodum Dominus præcepit, & dabis ſacer[illegible]

*a c. precipimus. & c. ex his. 12. q. 2.*
*b d. lib. 2. de conſtitu. apoſt. cap. 29.*
*c Pondera hoc verbum (Iuſtitia) quo ſignificatur hoc preceptum eſſe iuſtitiæ, non miſericordiæ. Nauar. in d. tract. q. 1. nu. 22.*
*d Ezech. 34.*
*e Iſa. 5.*
*f Leuit. 19. Matth. 22. Mar. 12.*
*g Deuter. 25. 1. Corint. 9.*
*h Clem. d. lib. 2. cap. 29.*
*i lib. 2. cap. 39.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iſta ſua, primitias de area, & torculari pro peccatis, tanquam mediatori, atque internuntio poſito inter Deum, & eos, qui expiationibus, & deprecationibus opus habent. Te enim dare oportet, illum diſtribuere, tanquam œconomum, & diſpẽſatorem rerum eccleſiaſticarum. Rurſum idem alibi[a]: Etiam præcipio omnes primitias adferri Epiſcopo, & presbyteris, & diaconis ad victum ipſorum; decimas offerri ad victum reliquorum clericorum, virginum, ac viduarum, & iis, qui ſunt paupertate oppreſſi. Benedictiones, quæ in myſticis ſacris ſuperſunt de ſentẽtia Epiſcopi, vel preſbyterorum, diaconi clero diſtribuant: Epiſcopo partes quatuor, presbytero partes tres, diacono partes duas; ceteris verò, hypodiaconis ſcilicet, lectoribus, cantoribus, diaconiſſis partem vnam. Hoc enim honeſtum, & acceptum eſt coram Deo, quemlibet pro ſua dignitate honorari. Eccleſia enim non confuſionis, ſed ordinis, & diſpoſitionis eſt magiſtra.

*Quilibet pro ſua dignitate eccleſiæ bonis honorãdus eſt.*

Vrbanus verò Papa martyr omnibus Chriſtianis de rebus eccleſiæ ſcribens[b]: Ipſæ, inquit, res in ditione ſingularum parochiarum Epiſcoporum (qui locum tenent Apoſtolorum) erant, & ſunt vſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus. E quibus Epiſcopi, vt fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint; vt nemo in eis egens inueniatur. Ipſæ enim et fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur[c]. Non ergo debent aliis vſibus, quàm eccleſiaſticis, & prædictorum Chriſtianorum fratrum, vel indigentium conuerti: quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus Domino traditæ. Si quis autem (quod abſit) ſecus egerit, videat ne damnationem Ananiæ, & Zapphiræ percipiat, & reus ſacrilegij efficiatur, ſicut illi effecti ſunt[d], qui pretia prædictarum rerum fraudauerunt. Hæc fratres valde cauenda ſunt, & timenda; quia res Eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed, vt communes, & Domino oblatæ, cum ſummo timore, non in alios, quàm

*Res eccleſię patrimonia ſunt pauperum.*

a *lib. 8. de cõſtitut. Apoſtol. cap. 36.*

b *epiſt. 1.*

c *c. vidẽtes. 12. q. 1. Iuo. 3. par. decret. cap. 139.*

d *Act. 5.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*a ca. vis eccleſiæ. 12. q. 1. Iuo. d loc.*
*b Symmach. in 3. et 6. Syn. Ro. et Grego. c. quia tua. 12. q. 1. Leo 4. in cap. monemus 12. q. 2. Gelaſ. in c. vobis enim. & 4. ſequen. 12. q. 2. Simplic. in c. de reditibus 12 q 2*
*c Hiero. in ca. clericus, et in c. duo ſunt 12. q. 1. et in c. gloria. 12. q. 2. Auguſ. in c nolo. et c. nō dicatis. c. certè. c. ſi priuatum. 12. q. 1. et in c. decimæ. 16. q. 1. c. quod autē 23. q. 7. Ambroſ. lib. 2. offic. c. 28. et in c. aurum. 12. q. 2. Proſp. lib. 2. de vita cōtemplat. cap. 9. & in c. expedit. 12. q. 1.*
*d Syn. vniuerſ. 8. quæ fuit Cōſtantino. 4. can. 15. & in c. Apoſtolicos. 12. q. 2. Agathen. in c. Epiſcopi. & Anthioch. in c. Epiſcopus. 12. q. 1. Aluer. in c. de laicis. 12. q. 2. conc. Tri. ſeſſ. 25. de refor. c. 1.*
*e ca. quia tua. 12. q. 1. & aliis iur. diuer. ſupra alleg.*

quàm in præſatos vſus, ſunt fideliter diſpenſandæ; ne
ſacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abſtrahi[...]
traditæ ſunt; ne pœnam & mortē Ananiæ, & Zap[...]
ræ incurrant, & quod peius eſt; anathema maranatha
fiant: etſi non corpore, vt Ananias, & Zapphira mor[...]
ceciderint, anima tamen, quæ potior eſt corpore, mo[...]
tua, & alienata à conſortio fidelium cadat, & in p[...]
fundum barathri labatur. Confirmatur autem pr[...]
hæc noſtra ſententia ab aliis diuerſis Pontificibus[b]
ſanctis patribus[c], necnon conciliis[d]. Quorū om[...]
verba huc adferre prolixum nimis foret, & plera[...]
eorum ſupra à nobis commemorata ſunt.

*Anne Canonici, & alij beneficiati, quorum ſinguli ſua ſi[...]*
*tributa bonorum eccleſiæ portio, teſtari poſſint.*

CAP. XVIII.

VErùm ſi quis obiecerit, & dixerit clericis p[...]
bitum fuiſſe duntaxat teſtamenta condere [...]
bona eccleſiæ adhuc indiuiſa eſſent, vel cō[...]
ter adhuc in clauſtris viuerent; tunc enim omne, [...]
ſupererat eorum neceſſitatibus, in cauſis piis, a[...]
gioſis erogandum erat, Domino omnibus dicen[...]
quod ſupereſt date in eleemoſynam, & omnia mu[...]
ſunt vobis[e]. Sed poſtquam bonorū eccleſiæ facta [...]
diuiſio in quatuor partes, quarum vna aſſignata [...]
piſcopis, ſeu Prælatis, altera clericis, pro officio[...]
rum ſedulitate, tertia pauperibus, quarta verò fabr[...]
Epiſcopi & alij clerici beneficiarij, adeo ſuarum [...]
tium ſibi videntur effecti veri Domini, vt pro arbi[...]
& libito ſuo poſſint eas conſumere, & de illis diſ[...]
re, in hiſce præſertim eccleſiis, vbi omnes & ſin[...]
ſuos habent fructus, reditus, & prouentus, certis [...]
cis & terris aſſignatis. Deinde ſi bona, quę pluribu[...]
communia, poſtea legitimè diuidantur, licet [...]
communi re quis non poſſet liberè vti, facta tam[...]
uiſione, portio, quæ ſibi contingit, ita libera, & p[...]
remanet, ac ſi nunquam fuiſſet communis, cūm [...]
ſionis titulus iuſtiſſimè dominium transferre vide[...]
emptionis enim ſemper, vel permutationis [...]

*f cap. vobis. c. vulteranæ et 3. ſeq. c. mot cit. 12. q. 2.*

[...]tinere dicitur[a]. Diuiſione ergo facta per dictos ca-
[...]nes, illa portio quæ Epiſcopo pro eius menſa eſt ap-
[...]cata, libera ab omni onere remanet, ac ſi in cumulo,
[...]i cum pauperibus erat, communis nunquam fuiſſet,
[...]demque ratione libera eſt à portione clero, & fabri-
[...]e tributa: Similiter eodẽ modo portio clerici ab om-
[...]bus quoque immunis eſt, cùm dominium, quod an-
[...]a erat commune, & non diuiſum, nunc in ea parte ſit
[...]proprium & ab omni communione liberum, ita vt de
[...] portionis fructibus liberè, tanquam verus Domi-
[...], diſponere poſſit.

[...]que ad prædictorum ſolutionem, ſciendum, & di-
[...]um; prædictam diuiſionem bonorum eccleſiæ in-
[...]ductam, & factam fuiſſe, propterea quòd Epiſcopi
[...]rendum mãdatum, & commiſſionem illis datam
[...]on fideliter diſtribuerent: tum ad tollendum murmu-
[...]tiones, rebelliones, diſſidia, & detractiones clericorũ,
[...]que pauperum contra Epiſcopos, ſeu Superiores, qui-
[...] illorum diſtributio commiſſa erat. Legimus enim
[...]plicium Papam circa annum Domini 467. hanc
[...]ſionem in eccleſia Auſinienſi inſtituiſſe[b], ſcriben-
[...] his verbis, Florentio, Equitio, & Seuero Epiſco-
[...]: Relatio nos veſtræ dilectionis inſtruxit, & geſto-
[...] ſeries plenius intimauit Gaudentium Auſinienſis
[...]eſiæ ſacerdotem contra ſtatuta canonum, ac noſtra
[...]cepta ordinationes illicitas perpetraſſe; quarum illi
[...]m penitus auferri præcipimus poteſtatem. Scripſi-
[...] enim ad Seuerũ fratrem, & coëpiſcopum noſtrũ,
[...] neceſſe fuerit, ipſe in ſupradicta eccleſia, conſidera-
[...] Patrum regulis, hoc fungatur officio, quo ille abuſus
[...] conuictus eſt, ita vt hi, qui illicitè ab eodem ſunt
[...]ecti, ab eccleſiaſticis miniſteriis ſint remoti. Simul
[...] de reditibus eccleſię, vel oblatione fidelium quid
[...]at, nihil permittat licere neſciẽti, ſed ſola ei ex his
[...] portio remittatur. Duæ eccleſiaſticis fabricis, &
[...]ationi peregrinorum, & pauperum profuturæ ab
[...]gro presbytero, ſub periculo ſui ordinis miniſtren-
[...]. Vltima inter ſe clericis pro ſingulorum meritis
[...]datur. At verò miniſteria eccleſiæ, quæ alienata
[...]perimus, reparare, præſumptor prædicti fratris

 com-

a *l. 1. C. communia vtr. iudic. l. cum pater ff. de lega. 2.*

*Reſponſio ad propoſita dubia.*

*Cur bonorũ eccleſiæ diuiſio inducta ſit.*

b *Dom. Soto. lib. 10. de iuſti. & iur. quæſt. 4. art. 3. et Frãciſ. Sermen. de redit. eccle par. 3. cap. 3.*

c *epiſt. 3.*

compellatur inſtantia. Cui etiam hoc ſpecialiter præcipimus imminere, vt tres illas portiones, quas per triennium dicitur ſibi tantūmodo vēdicaſſe, reſtituat.

*a c. de reditibus. 12. q. 2.*

Ex qua epiſtola liquet prædictam diuiſionem ſimplicio in prædicta eccleſia Auſinienſi inſtitutam fuiſſe propter abuſus, & perfidam prędictorum bonorum eccleſiæ adminiſtrationem, & diſtributionem. Poſtea Gelaſius Papa [b] ſupradictis de cauſis eandem diuiſionem in diuerſis eccleſiis fieri, vel factam obſeruari mandauit, vt ex diuerſis eius reſcriptis liquet [c]. Et D. Gregorius Leoni Epiſcopo Carthaginenſi, Cathenienſi ſcribens [d]: Adhoc, inquit, locorum gubernationis ordo diſtinxit, & iudicia eſſe conſtituta, ne Præpoſiti in opprimendos ſe fruſtra valeant occupare subiectos, nec ſubiectis iterum contra ſuos Præpoſitos effrænata ſit reſultandi licentia. Volumus igitur vt quicquid eccleſiæ tuæ ex reditu, vel quolibet alio modo fortaſſis acceſſerit, quartam exinde portionem ſine diminutione aliqua debeas ſegregare, atque eam ſecundum Domini timorem presbyteris, diaconis, & clero (vt tibi viſum fuerit) diſcretè diuidere.

*b circa an. Dn. 492.*

*c c. vobis. cap. vulterana & 2. ſequē. 12. q. 2.*

*d Circa annū Dn. 600. epiſt. 8. lib. 7. et c. ad hoc. 16. q. 1.*

Circa annū verò Domini 1215. cum concilium Lateranenſe cognouiſſet, quoſdā clericos bona per eccleſiam acquiſita in alios transferre; quia hoc antiquis canonibus cōſtabat inhibitū, indemnitati eccleſiarū prouidere volēs, præcepit vt eadē bona penes eccleſias remanerent, ſiue clerici inteſtati decederēt, ſiue aliis cōferre vellent.

*e c. cum in officiis. de teſta.*

*Bonorum eccleſiæ natura non eſt mutata ipſorū diuiſione.*

Ex quibus manifeſtiſſimū eſt per prædictam diuiſionem bonorū eccleſiæ eorundem naturā ſeu conditionem non mutatam tunc fuiſſe. Quocirca cùm bona eccleſiaſticorū nūc ſint diſtincta, & diuiſa in beneficia, & prębendas, ſicut tempore prædicti concilij Lateranenſis ſub Innocentij 3. cōſequitur, quod nec nūc clerici beneficiati de fructibus, & reditibus beneficiorū ſuorum, vel de bonis per ea acquiſitis teſtari, vel diſponere poſſint, cùm hoc illis de iure permiſſum eſt. Verùm igitur non eſt clericos per prędictā diuiſionem bonorū eccleſiæ, effectos dominos fructuum ſuorū beneficiorū, ita vt liberè poſſint de illis diſponere in vſus quos voluerint. Quod ſi poſſent teſtamēto hoc facere, ipſis quoq; permiſſum

*f arg. c filius. de teſta. et authen ingreſſi, et Sermon. d. loco.*

Quia impedimentum teſtandi non eſt in Epiſcopo, vel clerico beneficiato, ratione ſuæ perſonæ; cùm de his bonis, quæ paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, aut artificio, ſeu dono amicorũ, non habito reſpectu ad eccleſiã ſunt adepti, liberè diſponere valeãt[a]; in ipſis bonis intuitu eccleſiæ de fructibus beneficiorum acquiſitis eſt ipſum impedimentum. Eiuſdem enim rationis partes eſſe debent, cuius eſt totum[b]. Ideo ſicut ante diuiſionẽ fructus omnes, reditus, & prouentus eccleſiæ debebant in pios, & neceſſarios vſus, & à canonibus approbatos expendi, ita etiam poſt diuiſio nem quælibet eorum pars eodem iure cenſebitur[c].

Adde quod prædicta diuiſio nõ mutauerit eccleſiæ bonorum naturã, ſed quod ſuperfluũ de portione aſſignata ſuperabat in vſus aliorũ, cum quibus ante diuiſionem ea pars erat cõmunis, applicari, manifeſtũ eſt ex Gelaſij Pontificis reſcripto Iuſtino Archidiacono miſſo[d], quo ſtatuit oblationes fideliũ in quatuor portiones diuidendas ita vt vnã ſibi tollat Antiſtes, aliam clericis pro ſuo iudicio, & electione diſpartiat; tertiã pauperibus ſecundum conſcientiam faciat erogari: Fabricis verò quartam rogatione Antiſtitis decerni eſſe penſandã. Si quid autem ſub annua remaneret expenſa, electo idoneo ab vtraque parte cuſtode, enthecis tradi voluit, vt ſi maior emergeret fabrica, eſſet ſubſidio quod ex diuerſi tẽporis diligẽtia cuſtodiri potuiſſet; aut certè emeretur poſſeſſio, quæ vtilitates reſpiceret cõmunes. Eadem ergo ratione ſi de parte Epiſcopi, vel clericorum aliquid nũc ſuperfuerit, vel ſeruabitur neceſſitatibus ipſius cleri; vel in communes vſus rebus emptis erunt reditus ampliãdi. Quod autem aiunt diuiſionẽ, emptionis ſeu permutationis vicẽ obtinere, eamque dominiũ iuſtiſſimè transferre, hoc de profanis rebus, & iure ciuili intelligendũ eſt, ſi inter dominos rerum, quæ diuiduntur fiat[e]; non autem de rebus ſeu bonis eccleſiæ, quarũ Dominus IESVS Christus, cuius patrimoniũ illa dicuntur[f]. Et quia nemo alius verus eorũ eſt Dominus, ideo Iuſtinianus nullius ea eſſe bonis definiuit[g]. Quocirca & Patres in cõcilio Aurelianẽſi declararũt[h]; omnia quę Deo

a c. quia nos. de teſtam.
b l. qui ſcit. ff. de vſur. l. quę de tota ff. de rei vẽdic. c ſi ciuitas. et ibi gl. de ſentẽ. excom in 6. Decius in l. cuius eff. ctus. ff. de reg. iur.
c Petr. de Soto in lib. de inſtit. ſacer. par. 2. de vita ſacer. ſer. 3. Nauarr. in apolog. lib. de redit. ecc. q. 1. monit. 41. & in propugna. d. apolog. not. 5. Ceſar Coſta. lib. 1. ambiguitatum iuris. cap. 40.
d c. vob. 12. q. 2.
e gl. in l. 1. C. cõmunia vtr. & Bart. in l. cũ ſolus. ff. de vſuca pio. Felin. in c. 1 de re. iudic. Decius in l. cũ proponas. C. de pact.

An bonorum eccleſiæ diuiſio inducat eorundem emptionẽ, vel permutationem.

f c. cùm ſecundum. de præb. et c. cùm ex eo. de elect. in 6. Innoc. in c. cùm

de temp. poſſeſſ. Pano. in c. cùm eſſes. de teſt. Decius in ca. conſtitutus. de reſcript.
g ... de rer. diuiſio. §. nullius. h c. 7. et B. Iuo. 3. par. decr. c. 195.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

offeruntur, conſecrata haberi in vineis, terris, ſyluis, vtenſilibus, veſtimentis, pecoribus, & reliquis poſſeſſionibus; & quæ eccleſiis, ſine dubio Chriſto, cuius ſus eſt earum, offeruntur. Et in concilio Rotomagenſi[a]: Omnes decimæ, terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Boues, & oues, & capræ, quæ ſub virga paſtoris tranſeunt, quidquid decimum euenerit, ſanctificabitur Domino.

Præterea ipſo iure pontificio declaratum, & conſtitutum eſt [b]; quod cùm in ſignum vniuerſalis dominij quaſi quodam titulo ſpeciali, ſibi Dominus decimas reſeruauerit, vt in prærogatiuam dominij iſtius generalis exactionem tributorum, & cenſuum præcedat ſolutio decimarum: Et Innocentius tertius Papa cuidam Epiſcopo reſcribens contra quoſdam laicos, qui decimas eccleſiæ ſubtrahere moliebantur[c]: Si, inquit, actores (à quo cuncta bona procedunt) adſertores bonorum debitum reſpectum haberent, ius eccleſiaſticum diminuere non contenderēt, nec decimas, quæ tributa ſunt egentium animarum, præſumerēt detinere. Cùm enim Deus, cuius eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo, deterioris conditionis eſſe non debeat, quàm Dominus temporalis, cui tributum de terris, quas exhibet aliis excolendas, non pridem deductis ſumptibus, aut ſemine ſeparato, ... riò cum integritate perſoluitur: Nimis profectò videtur iniquum, ſi decimæ, quas Deus in ſignum vniuerſalis dominij ſibi reddi præcepit, ſuas eſſe decimas & primitias aſſeuerās, occaſione præmiſſa, vel ... magis fraude, diminui valeant: cùm Deo debita ſolutio decimarum, quas ipſe clericis pro ſuo cultu ... beri conceſſit. Et Innocentius 4. explicans c. cùm ... electione de cauſa poſſeſſ. & proprietat. expreſſe ... quod non Prælatus, ſed Chriſtus dominium & poſſeſſionem rerum eccleſiæ habeat: vnde quæcumque homines offerunt eccleſiis, dicuntur eſſe oblata Deo ... inquit, eccleſia, id eſt, aggregatio fidelium, quæ eſt corpus Chriſti capitis, habet poſſeſſionem, & proprietatem. Et ſi aliquando inueniantur hæc bona Deo oblata ... Epiſcoporum, vel Prælatorum, vel Capitulorum ...

*a cap. 3. vt refert Iuo par. 3. decr. cap. 196. & in c. omnes 16. q. 7.*

*b. in c. cum nō ſit. de decim. et in conc. Lateranen. 2. cap. 54.*

*c in c. tuæ nobis, de decim.*

*Decimæ tributa ſunt egentium.*

*Deus in ſignū vniuerſalis dominij decimas ſibi reddi præcepit.*

*Chriſtus habet verum dominium & poſſeſſionem rerū eccleſiæ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſe, inquit, eorum quoad gubernationem. Dicuntur nam eſſe pauperum, quoad ſuſtentationem. Hæc autem propter vtilitatem communem, diuiſa ſunt per eccleſias diuerſorum locorum auctoritate ſummorũ Pontificum: & Epiſcopis, & aliis Prælatis conceſſa eſt miniſtratio eorum. Ex his percipimus, & propter hoc dicimus, quod quãdocumque moriatur Prælatus, & omnes clerici, eccleſiæ tamen proprietas, & poſſeſſio remanet penes Chriſtum, qui viuit in æternum, vel penes vniuerſalem, vel ſingularẽ eccleſiam, quę nunquam moritur. Hæc ille. Cuius ſententiam & cenſuram etiam nunc in bonis eccleſiæ, quantumcumque per præbẽdas, & beneficia diuiſis, aſſerit & contendit veram eſſe Nauarrus in tractatu ſuo de reditibus eccleſiaſticorum [a] à Pio V. Pontifice approbato, & eidem dedicato. Siquidem Alexander III. Papa Epiſcopo Pariſienſi ſcribẽs [b]: Fraternitatem, inquit, tuam credimus non latere, quod cum Epiſcopus, & quilibet Prælatus eccleſiaſticarum rerum ſit procurator, & non dominus, conditionem eccleſiæ meliorare poteſt, facere verò deteriorem non debet.

Quare rectè ſtatutum eſt, Epiſcopos, & alios eccleſiæ Prælatos non poſſe teſtari de rebus eccleſiæ, ſeu illius intuitu quæſitis, quarum nudam duntaxat adminiſtrationem, & procurationem habuerunt [c]. Atque idem ſentiendum de Canonicis, & aliis beneficiatis, licet adminiſtrationem propriè non habeant. Adeò vt de fructibus, reditibus, & prouentibus ſuarum præbendarũ & beneficiorum diſponere pro libito ſuo non poſſint. Nam cùm præbendæ, & beneficia ex bonis eccleſiæ deſumpta ſint, cenſentur eandem habere adhuc naturam, quam habebant antequam per præbendas diuiderẽtur, & cum adhuc vitam communem ducerent [d]. De quibus D. Gregorius ſcribens Auguſtino Anglorum Epiſcopo primo [e]: Communiter, * inquit, viuentibus iam de faciendis portionibus, vel exhibenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia à nobis quid erit loquendum? cùm omne quod ſupereſt neceſſitatibus, in cauſis piis, ac religioſis erogandum eſt, domino magiſtro omnibus dicente [f]: Quod ſupereſt, date eleẽmoſynam,

 & om-

*Quomodo bona eccleſiæ dicũtur eſſe Epiſcoporum vel Capitulorum, vel pauperum.*

a *quæſt.* 1. *nu.* 18. & 41.

b *in c.* 2. *de donation.*

c *c.* 1. *et ibi Innoc. Hoſt. Panor. & alij de teſta. & patet per alia iura ſup. alleg.*

*Prælatus rerũ eccleſiaſticarũ procurator eſt, & non Dominus.*

d *arg. c. cùm in officiis, c. relatum.* 2. *et vtrobique Innoc. et Panor. de teſta. c. penult. §. fin.* 12. *q.* 1. & *in c. fin. de pecul. cler. gl. in cap. res,* 12. *q.* 1.

*Anne Canonicĩ & alij beneficiati de fructibus beneficiorũ ſuorum liberè diſponere poſſint.*

* *al. communi vita.*

e *in cap. quia tua,* 12. *q.* 1. & *Beda eccle. Hiſto. Anglo. lib.* 1. *cap.* 27.

f *Luc.* 11.

& omnia mũda ſunt vobis. Et in regula Canonicorum communiter in clauſtris viuentium (in quorum loca noſtri ſeculares nunc Canonici ſucceſſerunt) expreſſe hæc verba leguntur [a]: Sententia B. Hieronymi non ſolùm Prælatis, ſed etiam cæteris, qui rebus vtuntur eccleſiæ, vigilanter perpendenda eſt, qui ita in commentario Matthæi euãgeliſtæ ait: Omnes igitur qui ſtipendiis templi, & his, quæ conferuntur ad vſus eccleſiæ, abutuntur in aliis rebus, quibus ſuam expleant voluntatem, ſimiles ſunt Scribarum, & ſacerdotũ redimentium mendacium, & Saluatoris ſanguinem. Ergo res eccleſiæ pauperibus, & militibus Chriſti ſtipendiariæ debent intelligi. Vnde totis niſibus Prælatis ſatagendum eſt, vt ſanctorum Patrum dictis, & exemplis ſequentes, de rebus commiſſis, vt præmiſſum eſt, ſubditos gubernent, & foueant, cunctiſque vtilitatibus, ac neceſſitatibus eccleſiæ fideliter administrandis conſulant, quatenus de fideli adminiſtratione apud eum, cuius miniſtri eſſe dicuntur, ineffabiliter remunerari mereantur.

a cap. 116. in Cõc. Aquiſg. 1.

*Res eccleſiæ pauperibus & militibus Chriſti ſtipendiariæ ſunt.*

*Qualis bonorũ eccleſiæ cura incũbat Prælatis.*

Poſtea autem iſtius communiter viuendi regulæ disciplinæ effractis, factaq; bonorũ communiũ eccleſiæ per præbẽdas diuiſione, certum eſt, quod illã obligationem bonorum ad pauperes eluere, & extirpare non potuerint. Nam licet ſingulorũ portiones, & præbendæ Canonicorum minores ſint, quàm olim erant Prælatorum, dum bona adhuc indiuiſa, & cõmunia eſſent, per hoc tamen non ſequitur rerum, ſeu bonorum eccleſiæ mutatam eſſe naturam. Quæ enim differunt per magis, vel minus in qualitate tantùm, vel per magis aut minus in quantitate, non tamen per hoc differunt natura ſeu ſubſtãtia [b]. Homo enim albus, & niger, paruus & magnus non differunt in natura, ſeu ſubſtantia, quamuis in colore, & magnitudine non conueniant. Quocirca Canonici tam obligantur, quæ ſuperſunt ex reditibus, & prouentibus ſuarum præbendarum erogare in pauperes, vel alios vſus pios, quàm olim Prælati; licet parua eorum iam ſit portio comparata ad illam, quam ante diuiſionem habebat Prælatus adminiſtrandam, & dilargiendam

b arg. l. fin. ff. de fundo inſtr. Bart. in l. imperiũ ff. de iuriſd. omnium iudic. et Ariſt. in prædic. ſubſtantiæ.

enim per hanc diuiſionem ſuarum portionum ſeu præbendarum facti fuiſſent veri domini, ita vt fructus, reditus & prouentus, quos inde perciperent, feciſſent ſuos, profectò illis poſtea iure pontificio inhibitũ non fuiſſet, vt de illis teſtamentum facerent[a]. Vnde & Gratianus diligentiſſimus canonum diſcuſſor, & ſcrutator[b]: Canonici, inquit, non poſſident ſua, quia res Deo oblatæ non ſunt alicuius. Vtuntur enim rebus eccleſiæ non vt ſuis, ſed tanquam ad diſpenſandum ſibi creditis[c]. Archidiaconus[d] verò, referente Philippo Franco[e], ſcripſit, hereticum eſſe, dicere, quod clerici facultaliberè fructus ſuos, qui ſuperſunt, deductis expẽſis neceſſariis. Quod autem interdum legantur beneficiati fructibus beneficiorum ſuorũ ſuos facere, vel eorundem eſſe Domini: iſtud intelligendũ eſt, vt ex illis primùm ſibi neceſſaria percipiant ad honeſtam vitæ ſuæ ſuſtentationẽ; & ſi quæ ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in communes vſus eccleſiæ, vel alia pia opera expendant[f]: ita vt præfatum illorum dominium certis huiuſmodi conditionibus obnoxium, limitatum & reſtrictum cenſeatur, exemplo eorum, quorum fidei bona committuntur, & maritorum, qui rerum dotalium ſuarum vxorum etiam habere leguntur dominium. l. ſpecies. ff. de aur. & arg. leg. l. in rebus c. de iure dotium. Hinc & D. Bernardus Fulconi illuſtri Canonico ſcribens[g]: Surgis, inquit, ad vigilias, vadis ad miſſas, chorũ horis diurnis, nocturnisque frequentas. Bene facis. Sic eccleſiæ præbendam non accipis gratis. Dignum eſt, vt qui altari deſeruit, de altari viuat[h]. Viuat inquam, de altari, non ſuperbiat, non luxurietur, non ditetur, non in clericatu diues ex paupere fiat, ex ignobili glorioſus, nec in vanitate, aut ſuperfluitate bona pauperum diſſipet, aut diſpergat. Non extollat de facultatibus eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut nepotes. Conceditur tibi, vt ſi bene deſeruis, de altari ſuſtenteris, non autem vt de illo luxurieris. Denique quicquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de altari, de bonis eccleſiæ retines, tuum non eſt, rapina eſt[i], ſacrilegium eſt. Quare & SS. Tridentina Synodus Epiſcopis, & beneficiatis omnino interdixit[k], ne ex redi-

a c. adhæc c. relatum, de teſtam. Innoc. et Panor. in c. cũ in officiis. & rurſus Panor. late in repetit. c. cũ eſſes. d. tit. Nau. ind. tract. de redit. eccleſ. quæſt. 1. num. 117. & in d. apol. q. 1. mon. 41

b in c. 1. §. his ita reſpõdetur. 14. q. 1.

c Idem tenent gloſ. Ioan. An. Anchor. Dom. & Franc. in c. præſenti. de offic. ordin. in 6. Inno. in c. indecorum. de ætat. & qualit. ord. Archidiac. in c. epiſcopi. et in c. fin. 12. q. 1.

d in c ſtatutũ. §. aſſeſſorem de reſcript. in 6.

e in d. c. preſen.

f c. nulli. § fin. 12. q. 1. Pan. in d. repetit. c. cũ eſſes nu. 23. Nauar. ind. tract. de redit. eccleſ. quæſt. 1. nu. 39.

g epiſt. 2. et Dionyſ. Richel. in opuſc. de vita eccleſ. art. 18.

h Deut. 18. Leui. 10. 27. 1. Cor. 9. Nume. 18.

i Vide Chryſo. ho. 2. de Laza.

k ſeſſ. 15. de reform. cap. 1.

tibus eccleſiæ conſanguineos, familiaréſve ſuos augere diuitéſve facere ſtudeant; cùm & Apoſtolorum canones prohibeant [a], inquit, ne res eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent, ſed ſi pauperes ſint, vt pauperibus, diſtribuant: eas autem non diſtrahant, nec diſſipent illorum cauſa, ſed omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquoſque carnis affectum, vnde multorum malorum in eccleſia ſeminarium [illegible] tat, penitus deponant. Quandoquidem eadem Synodus prius decreuerat [b] eccleſiæ bona, cenſus, iura, fructus, emolumenta, ſeu alias quaſcumque obuentiones in miniſtrorum & pauperum neceſſitates conuerti debere. Si quis verò illa in proprios vſus conuerti [illegible] loſque vſurpare præſumeret, vel impediret, ne ab iis, ad quos pertinent, perciperentur, grauiſſimis pœnis [illegible] lum afficiendum ſanxit. Nam, vt Chryſoſtomus [c] [illegible] quoties eleemoſynam non præſtiterimus, pari cum [illegible] qui ſpoliant ſupplicio afficiemur; & perpetuò illud [illegible] mineritis, quod non communicare pauperibus, [illegible] pinam in illos exercere, illorumque fraudare vitam, quodque non noſtras ſed illorum res detinemus.

*a Cano. Apoſt. cap. 39. & 75.*

*Multorum malorum in eccleſia ſeminariũ eſt humanus et carnis erga propinquos affectus.*

*b ſeſſ. 22. de reform. cap. 11.*

*c hom. 2. de Lazaro.*

## *An ne teſtamenta contra iuris diſpoſitionem à beneficiatis facta, conſuetudine confirmentur & ratificentur.*

## CAP. XIX.

CAEterum an conſuetudo valeat, vt beneficiati in vita, & in morte diſponere poſſint de fructibus beneficiorum contra iuris diſpoſitionem, [illegible] importunè quis hic roget; propterea quòd conſuetudo legem humanam abrogare poſſit [d]: tum quòd Pontifices ſcientes & prudentes illam tolerauerint, nec beneficiarios teſtamẽta facientes puniuerint. Huic quæſtioni (aliorum rectius ſentientium iudicio ſemper ſaluo) [illegible] ſpondendum videtur; Conſuetudinem poſſe derogare legi humanæ, quatenus eſt humana [e], ſed non quatenus illa complectitur legem naturalem, aut diuinã [f]. [illegible] conſuetudo, vt beneficiarij teſtentur, & diſponant de fructibus beneficiorum ſuorum in vſus pios valet, cum id lege tantum humana prohibitum ſit [g]: Sed non valet conſuetudo teſtandi in vſus profanos, cum hoc lege natu[ral]

*d c. fin. de cõſuetud.*

*e c. fin. & ibi gloſ. & DD. de conſuetu.*

*f c. quæ cõtra. & c. mala conſuetudo. diſt. 8.*

*d ca. fin. et ibi gl. & DD de conſuetud. Felin. in cap. 1. de treuga, et pace.*

*g c. cum in ecc[leſiæ]. quia nos. c. relatum. 2. c. ad hæc. de teſtam. Nauar. in tract. de redit. benef. eccleſ. quæſt 3. nu. 10. & 14. Fran. Sermon. in tract. de redit. eccle. par. 2. cap. 8.*

naturali, & diuina comprehenſa in ſeptimo precepto, ſit interdictum, vt ſuprà ex Nauarri ſententia demonſtratum à nobis fuit; adeò vt nec indultum, ſeu facultas teſtandi à ſummo Pontifice cõceſſa efficere poſſit, vt quis in vſus profanos teſtari poſſit de bonis, ſeu reditibus eccleſiæ, niſi exiſtente iuſtiſſima cauſa. Nam cùm dominium iſtorum bonorum penes Deum ſit, & non penes Papam, qui illius duntaxat eſt vicarius, debet legitimè ſuæ fidei commiſſa adminiſtrare, & potius Dei bona conſeruare, quàm facultatem eadem diſſipandi concedere. Nulla enim ratio permittit, vt quod pro communi vtilitate datũ eſſe cognoſcitur, vſibus cuiuſque applicetur. Cùm igitur hæc bona ad communem vtilitatem pauperum ſint à Deo eccleſiæ relicta, nulla ratio permittit, vt diuitum, vel aliis non legitimis vſibus applicentur [a]. Nam ſubtrahens illa bona Christo, vel eccleſiæ, pauperum, qui illis nutriendi erant, homicida dicitur. Imò ſunt [b] qui dicant facultatem ad vſus profanos teſtandi à Pontifice impetratã intelligendam eſſe, & reſtringendam ad vſus pios; atque idem ſentiendum de priuilegio teſtãdi generaliter ad quoſlibet vſus conceſſo.

*Papa an concedere poſſit facultatẽ teſtandi de bonis eccleſiæ.*

Quod autem Pontifices, & alij Prælati prædictam conſuetudinem teſtandi in vſus profanos tolerauerint; nec beneficiarios teſtamẽta talia facientes puniuerint; per hoc tamen non ſequitur, illos eandem approbaſſe, vel ex ſe valere, & bonam eſſe. Quia, vt Nauarrus inquit [c], illam non admiſerunt approbando, ſed ſolùm non puniendo, ad maiora damna, & ſcandala in eccleſia euitanda, quod fieri iure licet [d]. Nec Superior videtur legem à ſe latam, & à ſubditis acceptam abrogare, eo quod tranſgreſſores eius nulla afficiat pœna [e]. Imò cùm prædicta lex contineat in ſe naturalem ſeu diuinã, nequeunt illam Superiores, licet maximè id vellent, ac expreſsè cauerent, tollere: quia legem maioris minor non tollit [f]; cùm inferior potiorem ſoluere nequeat, obligare; ſed potior inferiorem liget regulariter, & abſoluat; & ſatis abſonum videtur, vt filius poteſtatem habeat in parentem, vel vicarius ſeu procurator illam ſibi vſurpet in dominum ſuum [g]. Eadem

a *Panor. in d. repetit. c. cum eſſes, nu. 30. de teſta. Nauar. in d. tract. q. 3. nu. 15. Sermen. in d. tract. par. 2. cap. 8.*
b *vt refert & tenet Nauar. in d. quæſt. 3. nu. 20.*
c *in d. tract. q. 3. num. 16. & in apolog. lib. de redit. eccle. q. 1. monit. 51.*
d *iuxta gloſ. in cap. omnis. diſt. 3. & in c. meretrices. 32. q. 4. Io. And. in c. peccatum. de reg. iu. in 6.*
e *c. cùm iamdudum. de preben. gloſ. in d. c. omnis & late Felin. in c. 1. de treug. et pace*
f *clem. ne Romani. de electi.*
g *c. cùm inferior. & ibi gl. & DD. de maiorit. et obedien.*

quoque ratione eccleſia multa turpia, & abominanda
ferè permittit fieri impunè in proſtibulis, ſeu lupana-
bus, atq; carniſpriuio: ſed non ideo iſta approbantur
tur [a]. Hinc & Vrbanus Papa [b]: Sunt quidam dicentes
Romano Pōtifici ſemper licuiſſe nouas condere leges:
quod & nos non ſolùm non negamus; ſed etiam valde
affirmamus. At ſciendum ſummoperè eſt, quia inde
nouas leges condere poteſt, vnde euangeliſtæ aliquid
& prophetæ nequaquam dixerūt. Vbi verò apertè Do-
minus, vel eius Apoſtoli, & eos ſequentes ſancti Pa-
tres ſententialiter aliquid definierunt; ibi non nouam
legem Romanus Pontifex dare: ſed potius quod præ-
catum eſt, vſque ad animam, & ſanguinem confirmare
debet. Si enim quod docuerūt Apoſtoli, & prophetæ
deſtruere (quod abſit) niteretur, non ſententiam dare,
ſed magis errare conuinceretur: ſed hoc procul ſit ab
eis, qui ſemper Domini eccleſiam contra luporum in-
ſidias optimè cuſtodierunt. Quodſi conſuetudo con-
ceſſiſſet, aut cōcedere potuiſſet beneficiariis facultatem
teſtandi, vel diſponendi pro ſuo arbitratu de rebus
eccleſiaſticis in vſus profanos, profectò D. Bernardus,
cuius irrefragabilis eſt authoritas, non exclamaſſet [c]
definiuiſſet, patrimonia eſſe pauperum facultates eccle-
ſiarum, & ſacrilega eis crudelitate ſurripi, quicquid ſi-
bi miniſtri & diſpenſatores non vtique vel poſſeſſores
(de clericis beneficiatis loquens) vltra victum accipiunt
& veſtitum.

Poſſet autem (vt apparet) prædicta conſuetudo te-
ſtandi, vel diſponendi in vſus profanos excuſari, ſi pri-
ma illa diuiſio bonorū eccleſiæ olim à patribus facta [d]
nunc obſeruaretur, vt ſcilicet reditus, & oblationes fi-
delium, atque bona eccleſiæ in quatuor partes diuiſa
adhuc eſſent, quarum vnā Epiſcopus ſibi ipſi retineret,
alteram clericis pro officiorum ſuorū ſedulitate, ſin-
gulorum meritis diſtribueret: fabricis eccleſiarum repa-
randis tertiam: quartā pauperibus fideliter erogandam
tribueret; ſi inquam, ſingulis prædictis quatuor diſ-
eſſet conſeruata portio, prædicta conſuetudo toleranda,
& excuſari poſſe videretur. Nam diceretur, fabricas,
& pauperes ex dictis bonis eccleſiæ ſuam haben-

tium

[a] d. c. meretrices, ca. denique. diſt. 4.

[b] in cap. ſunt quidā. 25. q. 1.

*Super quibus Pōtifex nouas leges condere poſſit*

[c] in ſerm. ſuper illo, ecce nos reliq.

[d] c. vobis. ca. vulteranæ. & 3. ſequen. cap. mos eſt 12. q. 2.

tionem, eaque eos contentos eſſe debere; ac proinde clericorum portionem, ipſorum arbitrio liberam relinquendam eſſe. Sed vt Franciſcus Sarmētus ſacri palatij Apoſtolici auditor, & vtriuſq; ſignaturæ referēdarius [a] de reditibus eccleſiaſticis ſcribens, exclamat [b]: Eſto, inquit, quod per prædictā diuiſionē portio clericis applicata libera effecta ſit, tamen hac diuiſione hodie clerici ſe iuuare non poſſunt, cùm hæc ratio ſit conturbata, & ad proprium ſtatū, culpa eorum, reuerſa res videatur. Vbi enim, inquit, eſt illa pars quarta, quæ pauperibus fuit deſtinata? vbi fabricæ portio? quæ æquales Epiſcopi, & clerici portionibus eſſe debent. Nec dici poterit, has partes periiſſe, idque periculo dominorum, nempe pauperum, & fabricæ. Quamuis enim hoc iuri conſentaneum ſit, vt res pereat periculo domini, & ita videatur, quod ſiue perierit hæc pars, ſiue non compareat, quod idē eſt, pauperibus, & fabricę periiſſe. Vel ſi culpa Prælatorum, vel clericorū periit, quibus pauperū portio diſpenſanda erat commiſſa, non videtur præſentibus Prælatis & clericis prædeceſſorū culpa imputāda. Sunt enim officiorum, & beneficiorum ſucceſſores, nō culparum. Veruntamen hæc dicere non poſſumus: Primò quia dicimus non eſſe verum has portiones periiſſe in locis maximè, in quibus hodie decimæ ſoluuntur, & oblationes à fidelibus dantur, quarum etiam portiones, ſeu partes fieri debent iuxta præfatam diuiſionem [c]: & idem in locis in quibus decimæ non ſoluuntur, nec oblationes dantur; quoniam bona eccleſiæ quomodocumque ſint quæſita, ſunt eiuſdem rationis, vel conditionis, & non ſolùm omnia, quæ tempore diuiſionis erant in bonis eccleſiarum, verumetiam ea, quæ à fidelibus quoq; nunc denuo conferūtur, in dictas quatuor partes diuidi debēt, ſicut à D. Gregorio reſcriptū fuit Epiſcopo Siracuſano his verbis [d]: Cognouimus de reditibus eccleſię nouiter acquiſitis ad canonicā diſpoſitionē quartarum minimè prouenire: ſed Epiſcopos clericorū diſtribuere tantūmodo quartā antiquorū reditūum, nunc verò quæſita ſuis vſibus retinere: quam rem prauā, ſubintroductamq; conſuetudinē fraternitas tua viuaciter emēdare feſtinet: vt ſiue de prçteritis reditib⁹, ſiue

a *tēpore Pij V.*
b *par. 3. cap. 3.*

*Clerici ſuccedunt prædeceſſoribus ſuis in officiis & beneficiis, nō autem in culpis.*

c *vt in d. cap. quatuor, & in c. de reditibus, 12. q. 2.*

d *epiſt. 11. lib. 3. et in c. cognouimus, 12. q. 2.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiue de his, quæ obuenient, vel obuenientibus, quæ ſecundum diſtributionem canonicam diſpenſentur. Incongruum namque eſt, vnam eandemque eccleſiæ ſubſtantiam duplici quodammodo iure cenſeri.

*Vna eadémque eccleſiæ ſubſtantia, nō debet duplici iure cenſeri.*

Quod autem quidam calumnientur, & dicant prædicta decreta, quibus diuiſionem fieri à Pontifice mandatum fuit, nunquam fuiſſe in vſum recepta, apertiſſimè falſum eſt. Siquidem D. Gregorius ante annos plus quàm centum & viginti, Simplicij pontificatu ſucceſſor, ſub quo dicta diuiſio facta perhibitur, Auguſtino primo Epiſcopo Anglorum reſcripſit in hæc verba [a]: Mos eſt Apoſtolicæ Sedis ordinato Epiſcopo præcepta tradere, vt de omni ſtipendio, quod accedit, quatuor debeant fieri portiones: vna videlicet Epiſcopo & familiæ eius propter hoſpitalitatem atque ſuſceptionem: alia clero: tertia verò pauperibus: quarta eccleſiis reparandis. Quodſi in obſeruatione ea diuiſio non fuiſſet, certè huic Epiſcopo hoc præceptum ex more Apoſtolicæ Sedis non dediſſet, vt de omni ſtipendio, quod accederet, quatuor faceret portiones; nec alteri Siracuſano Epiſcopo mandaſſet [b], vt de redditibus, & oblationibus etiam nouiter quæſitis, quatuor partes fierent, & diſpenſarentur ſecundum diſtributionem canonicam. Quod & ex aliis diuerſis conſtitutionibus iuris Pontificij liquet [c]. Deinde ex diuerſis conciliis prouincialibus conſtat illam in obſeruationem deductam fuiſſe. Imprimis in concilio Nannetenſi ſtatuitur [d]: Inſtruendi ſunt presbyteri, pariterque admonendi, quatenus nouiter decimas, & oblationes, quas à fidelibus accipiunt, pauperum, & hoſpitum, & peregrinorum ſtipendia: & non quaſi ſuis, ſed quaſi commendatis vti: de quibus omnibus ſciant ſe rationem reddituros in conſpectu Dei, & niſi eas fideliter pauperibus & his, quibus iuſſi ſunt, adminiſtrauerint, damnandos fore. Qualiter verò diſpenſari debeant, canones ſacri inſtituunt, ſcilicet vt quatuor partes inde fiant: vna ad fabricam eccleſiæ releuandam: altera pauperibus diſtribuenda: tertia presbyteris, ſiue clericis exhibenda: quarta Epiſcopo reſeruanda, vt quicquid ex inde ſuperfuerit, prudenti conſilio fiat. Et in concilio Moguntino

a in c. mos eſt. 12. q. 2.

b epiſt. 11. li. 3. & epiſt. 49 li. 11. ca. cognouimus. 12. q. 2.

c c. conquerente. de offic. ordin. c. de quarta. de præſcriptio. c quæſiſti. de teſtam. Goffre. et Hoſtien. in ſumma tit. de ſepult. Inno. in c. cum ſuper. de cauſ. poſſeſſ.

d cap. 6. & apud Iuon. 3. par. decr. cap. 204.

e cap. 8. & apud Iuo. 3. par. decr. cap. 199.

Ideo decimæ dandæ ſunt, vt hac deuotione Dominus placatus, largius præſtet quæ neceſſaria ſunt, & vt ſacerdotes, ac miniſtri eccleſiæ cura, & ſolicitudine neceſſitatum corporalium releuati, liberiores fiāt ad meditationem diuinæ legis, atque ſpiritualis ſeruitij voluntariam expletionem. Et vt munus populi in quotidiana oblatione Domino immoletur; necnon ſtatuta canonica in ſuſtentatione pauperum, & reſtauratione eccleſiarum proficiant: quatuor enim partes iuxta canones debent fieri de fidelium oblationibus, vt vna ſit Epiſcopi; altera clericorum; tertia pauperum; quarta reſtaurationi eccleſiarum ſeruetur. Hoc ipſum etiam doceri poteſt ex aliis conciliis quibuſdam, Agrippinenſi, Toletano, & Aurelianenſi, referente B. Iuone[a].

Quare cùm hodie portio pauperum, & fabricæ non compareat, euidens eſt conturbatam eſſe dictam diuiſionem: quo fit, vt non minus portio pauperibus debeatur, ac ſi ſeparata inueniretur. Nam ſi vinum meum, vel granum cum tuo miſceatur, ſi non noſtra voluntate commixtio fiat, non efficit quin retineatur dominium pro portione cuiuslibet[b]. Deinde cùm cura harum portionum ad eccleſiæ Prælatos pertinuerit, veriſimile eſt eos cum parte ſua eas coniunxiſſe; vel inter eos, & clericorum diuiſas fuiſſe. Atque hac ratione culpa Prælatorum, & clericorum, fabricam, & pauperes his portionibus priuatos eſſe. Ergo ex rigore iuſtitiæ, etiamſi confuſio talis effecerit, vt horum pars incorporata cum ipſorum portionibus propria effecta videatur, excuſari tamen non poſſunt, quin ſi non totam portionem reſtituant, ſaltem id quod ſupereſt ipſis, in fabricis, & pauperibus ſuſtinendis impendant. Licet enim prædeceſſorum ſuorum culpa hoc euenerit, tamen quatenus culpa, vel delicto ſuorum prædeceſſorum eſt aucta eorum portio, & ſic quatenus ad eos peruenit, ipſi etiam ex facto prædeceſſorum tenentur[c]. Hinc rectè in concilio Coloníenſi à VVilchboldo Archiepiſcopo cōſtitutum eſt[d]: Præcipimus, vt ſacerdotes denuntient ſuis ſubditis, quod omnes, quibus à iure inhibitum non eſt, liberam teſtamenti condendi habeant facultatem. Et clerici bona maximè immobilia, & quæ per eccleſiam ſunt

a 3. par. decr. cap. 201. & 202. c. de his. 10. q. 1.

b arg. l. arbor. ff. com. diuidu. §. quodſi frumentum. lib. 2. inſti. tit. de rer. diuiſio.

c l. ſi & rem. l. vtrum autē. l. ſed etſi. ff. de petit. hered. l. de eo. ff. ad. exhibēd. l. inde Neratius. §. hanc actionem. ff. ad leg. Aquil. l. prætor. §. hoc interdictū. ff. de noui oper.

d cap. 5.

adepti

adepti ſiue per modum teſtamenti, ſiue aliàs non trã
ferant ad filios, vel nepotes, aut ad alios ſuos con-
guineos; ſed relinquant ea eccleſiæ, à qua ſunt proba.
Sed intuitu eleëmoſynæ pauperibus religioſis, & pii
locis, & illis, qui ipſis ſeruierunt, ſiue cõſanguinei ſint,
ſiue alij, aliqua iuxta ſeruitij meritum de mobilibus
dare poſſunt. De aliis verò bonis, quæ ex hæreditate,
artificio, vel doctrina, vel aliàs non ex bonis eccle-
ſticis ad clericos peruenerint, clerici poſſunt diſpone
pro ſuo arbitrio. Excommunicamus, & excommu
catos denuntiamus omnes clericos, qui bona mobi
eccleſiarum filiis ſuis, nepotibus, vel conſanguin
ſeu aliis conferunt, vel in ipſos transferunt, & ab ec
cleſia alienant ſua propria voluntate, & ſine conſe
noſtro.

Ad iuris verò fabricæ augmentum vel aliqualẽ co
penſationem & conſeruationem, iure pontificio ſta
tutum videtur [a]; vt quicũque beneficium eccleſiaſtic
habent, ad tecta eccleſiæ reſtauranda vel ipſas eccleſi
emendandas omninò adiuuent; alioqui cogi debent,
cùm opus fuerit, de bonis, quæ ſunt ipſius eccleſiæ, v
Alexander III. reſcripſit [b], ſi eis ſuperſint, conferr
vt eorum exemplo cæteri inuitentur. Hinc exim
ille iuris pontificij in academia Louanienſi plurim
annos profeſſor ordinarius Petrus Peckius, in tracta
quem de ſacroſanctis, & catholicis Chriſti eccleſiis
parandis edidit [c]: Ex ſacris, inquit, canonibus ap
ret omnes reditus, & prouentus eccleſiæ olim in qua
tuor partes fuiſſe diſtributos: quarum vna collect
piſcopo; altera clericis; tertia erogationi pauperum
& ſuſtentationi peregrinorum; quarta verò fabricæ
eccleſiis reparandis. Inter hos verò reditus, ac prou
tus etiam decimas eſſe comprehenſas non eſt o
rum [d]. Et quamuis hodie diſtributio illa antiqu
in omnibus non ſeruetur [e]; illud tamẽ & iure, & co
ſuetudine receptum eſt, vt hoc onus prædictis red
bus, prouentibus, & decimis annexum eum ſequa
qui eorum vſum, fruitionem, perceptionem, & co
moditatem habet [f]. Nam cùm res tranſeat cum
onere ad quemcumque poſſeſſorẽ [g], vtique prou

a c. 1. de eccle. ædifi.

b in c. de his. d. tit. de ædific.

c cap. 14. & per iura ab eo. ibi alleg.

d Rebuff. in tract. de decimis. quæſt. 2. nu. 4.

e Steph. Aufrer. deciſ. capel. Tholo. 499

f Fran. Rip. c. 14. tit. de leg. et lon. conſue. glo. & DD. ad c. vnio. 10. q. 3.

g l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. petat.

ditus, & decimæ huiuſmodi cum onere reparationis ...cum, qui percipit, & fruitur, tranſire debet[a]. Rurſus idem alibi[b]; Si decimæ, inquit, & fructus eccleſiæ, ...que portio quæ vel de iure, vel de conſuetudine ad reparationem eccleſiæ deputata eſt, ſola, deductis neceſſariis alimentis Prælati, ſeu eius, qui illam percipit, non ſufficit, vtique & Epiſcopus, & Canonici, & Rectore, & omnes alij clerici beneficiati ad refectionem ...iuſmodi pro rata ſuorum fructuum, & beneficiorum conferre debent. In cuius probationem præter alia[c] allegat dictum c. 1. vbi dicit[d], omnes interpretes in eo conuenire; quod ceſſante conſuetudine, ſtatuto, ſeu diſpoſitione ſpeciali, reparatio eccleſiæ ex ea portione, quæ iure ad fabricam deputata eſt, fieri debeat. Vnde & Innocentius III. Papa Archiepiſcopo ſcribens Rothomagenſi[e]: Ex parte, inquit, tua nobis fuit, frater Archiepiſcope, intimatum, quod ad reſtaurandam fabricam Rothomagenſis eccleſiæ tractatum communem habuiſtis, te poſtulante, vt quilibet Canonicorum ...pariter aliquam ſuorũ redituũ portionẽ operi tam ..., & neceſſario deputaret. Statuimus, vt ſi quis vel ...tuis, frater Archiepiſcope, & maioris, & ſanioris partis Capituli ſtatutis ſuper hoc duxerit reſiſtendum, ...neat ſententia plurimorum. Atque hoc Innocentij reſponſo in ius pontificiũ relato euidẽter probatur, quod fabrica in neceſſitatem adducta, poſſit Epiſcopus cum maiori Capituli parte, etiã minori repugnante, & contradicẽte, e portione capitulari applicare fabricæ, quod ...conuenit. Ex quo conſtat, inquiũt Nauarrus[f], & Sarmientus[g], Epiſcopos, & Canonicos per prædictas diuiſiones bonorũ eccleſiæ nõ fuiſſe effectos dominos integros ſuarũ portionũ & redituũ, ſed ſolùm adminiſtratores eorũ: ita vt ſe honeſtè ſuſtentatis, quod ſupereſſet, operibus impenderent piis. Quoniam cùm aliquid ...ita multorum commune, vt ſingulorum vnicuique propria contingat portio, tanquam Domino integro; ...c maior pars minori non poſſet præiudicare[h]. Qualitatis apparet illa bona eius eſſe naturæ, & ad diuinos vſus videri deſtinata, ad quos ſocius inuito ſocio poteſt vti; alioquin ſi non eſſent talis naturæ,

potior

a c. priſcis, & ſequen. 10. q. 3.
b in d. tract. cap. 20.
c Alex. conſil. 106. volu. 2. Ripa. cap. 22. de reſcri. Fred. conſ. 21. Hoſt. in ſum. de eccle. ædifi.
d in d. tract. cap. 14. de quo vide etiã omnino Syluest. in ſum. in verb. eccleſ. 2. verſ. 4.
e in c. fin. de his quæ fi. à ma. par. capit. An Prælatus cũ maiore parte capituli, contradicente minore, fabricam reparare poſſit eorũ impenſis.
f in d. tract. de redit. benef. eccleſ. quæſt. 1. nu. 40.
g in d. tract. de redit. eccl. par. 3. cap. 3.
h arg. l. per fundum ff. de ſeruit. ruſt. præ. l. Sabinus. ff. com. diui. Pan. Felin. & Deci. in c. cum omnes de conſtitu. & Pano. in d. c. fi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

potior eſſet conditio cuiuſlibet contradicentis, ſi ſua intereſſet [a].

Ex quibus & aliis ſuprà poſitis manifeſtum iam fore eſſe arbitramur, beneficiatis nõ licere de reditibus eorum beneficiorum in vſus prophanos teſtari; quia priuata diſpoſitio teſtatoris non poteſt generalem conſtitutionem canonis immutare [b]: nec ipſorum collaterales neos poſſe in illis ab inteſtato ſuccedere prætextu conſuetudinis, quantumuis inueteratæ, propterea quòd rationi ac iuri naturali diuinoque repugnet. Onus enim dandi ſeu relinquendi ſuperflua eccleſiæ & pauperibus adeò annexum eſt beneficiorum reditibus, vt eccleſiaſtici, qui de illis vel luxurioſè vixerint, vel cognatos ſuos non indigentes iis ditauerint, mortaliter peccent, & hi reſtitutionem facere teneantur, quantumuis quorundam locorum conſuetudinem, & municipalia ſtatuta, conueniri & cogi non poſſint ad huiuſmodi reſtitutionem faciẽdam. Quinimò illorum in prophanos vſus teſtamenta, & cognatorum ab inteſtato ſucceſſiones talibus ſtatutis & conſuetudinibus hodie, pro dolor, in publicis iudiciis defenduntur; & legitima teſtamenta in pios vſus facta reſcinduntur in Flandria. An autem Epiſcopi huiuſmodi laicorum conſuetudines ac ſtatuta approbare, vel ordinationes capitulares, aut diœceſanas facere poſſint, & ſtatuere, vt executioni mandetur extrema voluntas morientium (qui ſecundum ſtatuta locorum teſtamenta fecerũt) & creditoribus, ſi qui ſint, prouideatur, & quæ reliqua ſunt hæredibus ſine fraude conſeruentur poſt mortem Canonici aut Sacellani, ſi ſtatim à Capitulo deputentur duo, qui cum Secretario omnia & ſingula defuncti bona deſcribant, & ad vſus prædictos diligenter conſeruari curent, aliis iurisconſultis me doctioribus & prudentioribus diſcutiendum relinquo. Panormitanus, cuius non eſt parua in iure allegata authoritas, aſſerit [c] Papam non poſſe concedere facultatem teſtandi clericis de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis, ſine iuſta cauſa, propterea quòd illorum bonorum dominium ſit penes Deum [d], & quòd fideles qui ſua bona obtulerunt eccleſiæ, reſpectum habuerunt ad Deum, & ad hunc primò & præcipuè intenderunt.

a l. ſi priuatus. ff. qui & à quib. manumiſ. libe. non fi. l. ſi autem plures ff. de aqua. plu. arcen. cap. quod omnes, et ibi gloſ. et Dynus de reg. iur. in 6. c. cum omnes. et ibi Panor. Felin. & Decius. de conſtitut.

b c. requiſiſti. §. ſed conſiderandum. de teſtam.

c in c. cum eſſes. nu. 30. de teſtam.

d tex. opt. in c. cum ex eo. de elect. in 6. c. tua nobis. de decim. & oblat. c. qui Chriſti. ca. qui abſtulerit. 12. q. 2.

ſum direxerint[a]. Cumque nulli ſit licitum aliena cuiquam concedere præter Domini voluntatem[b], & quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis auelli non poſſit, conſequi efficaciter videtur, Papam non poſſe clericis concedere præfatam teſtandi facultatem. Licet enim Chriſti Vicarius ſit, non tamē ex officio iſto ſuo licentiam peccandi, ſed neceſſitatem benè viuendi, & fideliter ac legitimè Dei bona adminiſtrandi, & diſpenſandi conſecutus eſt[c]. Quibus datis & conceſſis, apparet Epiſcopos nullo modo poſſe capitulari ſeu diœceſano ſtatuto permittere Canonicis & aliis beneficiatis, vt bona intuitu eccleſiæ acquiſita, teſtamento hæredibus conſanguineis relinquant, & pro ſua voluntate liberè diſponant. Nam ſi ſummo Pontifici id non licet concedere, neſcio quo iure Epiſcopi ſibi poſſint huiuſmodi authoritatem arrogare. Si verò nec ab Epiſcopis ritè & legitimè iſta authoritas vſurpata dicatur, profectò, quis fatebitur, inferiores Prælatos, & Capitula ſuam teſtādi facultatem ſuarum eccleſiarum canonicis & aliis beneficiatis largiri & concedere poſſe? Meminerint igitur Epiſcopi, & alij Prælati & Capitula, nec non ſeculares Magiſtratus ſeu Senatus, ſe & beneficiatos contra canonum ſacrorum diſpoſitionem teſtamenta facientes, vel legitimè & rectè facta reſcindentes Dei iudicium non effugituros, & ſi ſuæ ſalutis periculum cauere velint, neceſſariò ipſis prædictas ſacras iuris diuini & pontificij conſtitutiones obſeruandas eſſe, non minus quàm leges & conditiones cōtractibus, ſeu quaſi contractibus appoſitæ, cuilibet in foro iudiciali obſeruandæ, & implēdæ ſunt[d]. Nam illarum neglectus videtur etiam fuiſſe vna cauſarum, cur Deus iuſto ſuo iudicio permiſerit, vt non tātùm bona eccleſiaſticorum, verùm etiam multorum laicorum, qui illa, huiuſmodi illegitima ratione, occupauerant, in rapinam venerint. Sicut namque vulgo ſolet, bona eccleſiaſticorum prędicto modo à laicis acquiſita vix vnquam ipſis feliciter cedere, vel certè ad tertiam non peruenire generationem; & ſæpe non ſolùm inutiliter, verumetiam malè, inhoneſtè ac impiè à beneficiatorum conſanguineis & aliis hæredibus conſumi, ac diſſipari, ſicut in diuerſis

a *c. nulli liceat. 12. q. 2. cap. res eccleſiæ. 12. q. 1. c. municipia. c. iniuſtū. de rer. permut.*
b *d. c. tua nobis.*
c *Panor. in d. c. cum eſſes.*
d *arg. c. verū, & ibi gloſ. & DD. de condit. appoſ. & l. 2, C. de his quæ ſub mod. vel condit. l. 1. 2. et 3. C. de donat. quę ſub mod. l. 1. l. legatum. ff. de adminiſtra. rer. ad ciuit. perti.*

hoc vſu eueniſſe vidi & obſeruaui. Quare omnes bene-
ficiatos, vt ſuæ & cognatorum ſuorum aliorumque ſa-
luti conſulant, obſecro, & ſuadeo, omnia bona eccleſiæ
intuitu acquiſita, quibus commodè carere poſſint, ve
ſecundum iuris diuini & pontificij leges, interea dum
ſana ac proſpera adhuc fruuntur valetudine, fideliter
atque iuſtè diſpenſent, & de reſiduo, iuxta ſacrorum
canonum præcepta, teſtamentum faciant: non obſtan-
tibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus in-
contrariis. Et propter hæc iam hæreſum tempore o-
ni ſtudio & diligentia caueant, ne quid in eos, qui ca-
tholici non ſunt, etiam ſi conſanguinei fuerint, con-
rant[a]; alioquin in eos etiam poſt mortem anathema
ſeu excommunicatio dici, & pronũtiari poterit[b]. Pe-
rò Canonici, quorum ſingulis, & vnicuique eorum
attributa bonorum eccleſiæ portio in reditibus,
& decimis, non idcirco illorum efficiuntur veri Do-
ni, vt pro ſuo arbitrio in quóſvis vſus, etiã proprium
teſtamento vel donatione, aut alio modo diſtribuere
poſſint, vt ſuprà latè ſatis à nobis demonſtratum eſſe
putamus. Nam cùm omnes clerici eorum ſint ſucceſſo-
res, de quibus dicitur[c]: Multitudinis credentium erat
cor vnum, & anima vna, illorum debent ſequi vita,
quorum in eccleſia gradum adminiſtrant: qui ſibi
tanquam proprium vendicabant, ſed erant eis omnia
communia. Si ergo res eccleſiæ non quaſi propria,
quaſi communes habendæ ſunt; nec quiſquam de illis
rebus dicere poteſt, hoc eſt meum: certè nemo Ca-
nicorum de præbendæ ſuæ fructibus, reditibus,
vel decimis dicere verè poteſt, hoc eſt meum. ſed
mæua ſanctorum Patrum & Maiorum noſtrorum
ritate in nobis reſuſcitata, piè & religioſè cuncta
buẽda ſunt, ita vt ex his vnuſquiſque quæ ſibi pro
benda aſſignata ſunt, primùm ſibi neceſſaria per
& ſi qua ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in commun
eccleſiæ vel pauperum vſus expendat[d]. Quia ſi
priuatim percipimus, & poſſidemus quod nobis
ciat, non proprietatem illorũ nobis vſurpatione
nabili vendicemus, quorum procurationem
gerimus[e]. At licet beneficiatus de bonis eccleſia

a tex. expreſſ. in ca. in eos. de hæret.

b c. ſi quis. de hæret. c. ſanè. 24. q. 2.

c Act. 4. & c. illi. §. de rebus. 12. q. 1.

d c. nulli. 12. q. 1.

e c. fin. 12. q. 1.

non poſſit ſimpliciter, & generatim loquendo, ſi tamen tantundem de proprij patrimonij, vel quod aliàs verè ſuum ſit, facultate, eccleſiæ contulerit, quantum poſtea teſtamento alienare decreuit, poterit huiuſmodi teſtamentum Panormitani ſententia tolerari [a], ſecus autem ſi poſt alienationem teſtamẽto ſuo factam, tantundem velit eccleſiæ conferre. Nam tunc videtur dare in fraudem, ne incurrat pœnam excommunicationis, depoſitionis, & reſtitutionis, de qua in c. monemus. c. [illegible]quis. c. non liceat, & c. indignè. c. ſtatuimus. c. [illegible] 12. q. 2. gloſ. not. in c. quod ſicut. §. fin. de [illegible] & in c. ſi quis qualibet. 12. q. 2.

Huc addere licebit quæ in cõcilio prouinciali Mediolanenſi an. Dn. 1566. declarata & ſtatuta ſunt his verbis [b]. Sacrorum canonum decretis ſtatutum eſt, & ſanctiſſimorum Patrum teſtimoniis celebratum, quæ bona fidelium pietas Deo conſecrauit, ea vel illorum neceſſitatibus honeſtè ſubleuandis, qui diuino dicati obſequiis, Chriſti miniſtri & diſpenſatores myſteriorum Dei effecti eſſent, vel eccleſiis reficiendis, earumque ornamẽtis ad diuinum cultum neceſſariis comparandis, vel pauperibus ſuſtentandis addicta eſſe. Siquidem vbi primùm eccleſiæ bona eſſe cœperunt, eam naturam, & conditionem conſecuta ſunt, vt in alium, quàm in ſacrum & pium vſum eorum fructus conſumi fas eſſet. Quare cauendũ eſt, ne cupiditate prolapſi, quæ radix eſt omnium malorum, dum vel propriis, vel propinquorum, vel familiarium diuitiis & honoribus ſtudemus, quæ Deo dicata ſunt bona, & eccleſiæ detrimento, & pauperum gemitu, & bonorum offenſione in aliorum vſum cõuertamus. Itaque nos ſacrorum canonum & ſanctorum Patrum auctoritate innixi, atque etiam adducti, quæ ſacra Tridentina Synodus de officio adminiſtrandi bona eccleſiaſtica ſignificauit, eos omnes, qui ea obtinent, vehementer monemus, vt muneris ſui memores, hæc, quæ ſequuntur diligentiſſimè obſeruent. Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti, Parochi ac alij omnes cuiuſcumque dignitatis, & gradus eccleſiaſtici, etiam eorum adminiſtrationi commiſſas, ac quæcumque beneficia eccleſiaſtica, etiã ſimplicia, quomo-

a in repet. d. c. cum eſſes. de teſtam. alleg. c. ſi quis qualibet. 12. q. 2. & c. ſi Epiſcopus. 12. q. 5.

b tit. Quæ per. ad bonor. & iur. eccleſia. cõſerua. rect. adminiſt. & diſpenſ.

documque, etiam commẽdata, in prouincia noſtra ob-
tinentes, omni diligentia cognoſcere ſtudeant, quibus
oneribus eorum eccleſiæ & beneficia ex bonorum ec-
cleſiaſticorum natura, vel ex eorũ, quæ obtinent, pro-
pria inſtitutione, vel ex conditione Apoſtolicis literis
in prouiſione dictorum beneficiorum eis præſcripta,
vel alia quacumque eius generis ratione ſubiaceant,
illisque integrè ſatisfaciant. Quod ſi facere omiſerint,
ſed eos fructus ſibi vindicare, vel ad alios trans-
auſi fuerint, vel in quem debent vſum, non impende-
rint: ſe ex ſacris canonibus, & ſanctorum Patrum ſen-
tentia, ſacrilegij reos eſſe intelligant, & eorũ omnium
neceſſaria reſtitutione teneri; neque vlla omnino
tiam immemorabili cõſuetudine excuſari. Atque
ſi Metropolitanus tale commiſerit, antiquior ſuffra-
ganeus de eo ad ſynodum, & ſynodus ad ſanctiſſ. D.
N. Romanum Pontificem deferat: ſi Epiſcopus,
ab Archiepiſcopo, vel eo abſente ab antiquiore ſuffra-
ganeo monitus, plenè non ſatisfecerit, ad Synodum
prouincialem, primo quoque tempore celebrandam,
per eundem deferatur; vbi & reſtituere cogatur,
pœnas ſubeat Synodi arbitratu. Si verò inferior gra-
du ſit, quam Epiſcopus, quicumque is ſit, ſi ab Ordina-
rio loci monitus non ſatisfecerit, præter reſtitutionem
eorum, quibus pia opera defraudauit, per ſex menſes
administratione bonorum eccleſiaſticorum priue-
tur. Quod ſi iterum in eo peccarit, grauioribus etiam
pœnis plectatur. Quo in genere tanto etiam gra-
animaduertendum erit in eos, qui beneficia eccle-
ſtica obtinent commendata, quãto magis ex fide
peccaſſe videbuntur, ſi literis Apoſtolicis præſcriptam
legem propoſitam ante oculos habentes violare
veriti fuerint.

Nouerint etiam ij, ad quos ſcientes huiuſmodi fru-
ctus, vel aliquod ex illis commodum quovis
peruenerit, ſe eadem reſtitutionis lege teneri,
qui eccleſias & beneficia eccleſiaſtica quæcumque
tinent, quorum fructus ad eos tanquam diuinorum
ſequiorum miniſtros honeſtè ſuſtendandos
ſunt attributi, ſi vberiores ſint, quàm ad ſuſtendan-

conditionisque ſuæ rationem requiratur; dubitare non debent, ad eum finem hanc copiã illis eſſe attributam, vt præterea, quæ ad victum & cultum eorum ſatis eſſent, ſuppeterent etiam quibus diuini cultus ornatus & ſplendor conſeruaretur, & pauperum inopia, & indigentia ſubleuaretur. Quemadmodum etiam Deus pleriſque diuitiis cumulat, vt amicos ſibi faciant, à quibus cum defecerint, in æterna tabernacula recipiantur. Quamobrem per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti obteſtamur, atque monemus, vt meminerint ea bona non eſſe ſibi credita ad luxum, neque ad augendos conſanguineos, ſed ad vitam honeſtè, vt fidelem Dei miniſtrum, & pietatis Chriſtianæ magiſtrum decet, traducendam. Ex eo verò quod ſupererit, ſi neceſſaria pauperibus alimenta denegarint, intelligant ſe, quos non pauerint, occidiſſe; atque ob violatam ſanctiſſimæ charitatis legem mortale peccatum commiſiſſe, quo ſibi iram in die iræ theſaurizauerunt. Modum autem & rationem, qua metiri ſe pro cõditione & gradu vnumquemque oporteat ad vitam ſuam fructibus eccleſiaſticis honeſtè ducendam, eam eſſe omnes debent intelligere, quæ ab iis non diſcrepet, quæ in ſacris canonibus, & præſertim in his noſtris conſtitutionibus de clericali frugalitate & modeſtia ſtatuta ſunt. Quæ verò de fructibus eccleſiaſticis dicta ſunt, eadem etiam de ſupellectili omni, cæteriſque rebus, quæ iiſdẽ fructibus comparatæ ſunt, dicta eſſe intelligantur; ne quæ de domeſtico eccleſiaſticorum hominum cultu & ornatu per omnia in hac Synodo decreta ſunt, aut ad propriam auaritiam, aut ad propinquorum ſplendorem ſtatuta eſſe videantur.

Nec eſt quod quis miretur, aut calumnietur in tam graue damnum & præiudicium hæreticorum à iure pontificio promanaſſe conſtitutiones; quandoquidem iure ciuili ne parentibus quidem permiſſum eſt, filios ſuos hæreticos, ſeu ſchiſmaticos hæredes bonorum ſuorum inſtituere: ſicut conſtat euidenter ex nouella Iuſtiniani Imperatoris cõſtitutione[a], vbi inter alia hæc leguntur verba: Si quis ex memoratis parentibus, cùm ipſe orthodoxus ſit, ſentiat filium ſuum, aut filios non

a *Tit. vt cùm de Apell. cog. conſt. 115. l. cognouimus, & Authen. Idem eſt de Neſtorianis. C. de hæret. & Mani-*

 eſſe

eſſe catholicæ fidei, neque in ſacroſancta Eccleſia com-
municare, in qua omnes beatiſſ. Patriarchæ vna conſpi-
ratione & concordia rectam fidem prædicant, & ſancta
quatuor concilia, Nicenũ, Conſtantinopolitanũ, Ephe-
ſinum primũ, Chalcedonenſe, amplecti ſeu recitare no-
ſcuntur, talesq́; liberi in ea infidelitate permanent: iube-
mus eorũ parentibus licẽtiam, vt hac maximè de cauſa
ingratos eos & exhæredes in ſuo teſtamẽto deſcribant.
Atque hoc quidẽ de cauſa ingratitudinis diſpoſuimus.
Enimuero generalem prouidentiã orthodoxis accom-
modãtes liberis, iubemus, vt ſaluis legibus, quæ iam de
aliis prolatę ſunt hęreticis, eadẽ & circa Neſtorianos &
Acephalos cuſtodiãtur: & ſi quando parẽtes deprehen-
dãtur vel Iudaicæ Neſtorij veſaniæ dediti, vel Acepha-
lorũ amplexati dementiã, & propterea à communione

> *Nunc per conſtitutionẽ Frederici 2 Imperatoris de ſtatut. et cõſuet. et authen. Gazaros. C. de hæreticis, omnia bona hæreticorũ confiſcãtur; ita vt filij eorum ad ſucceſſionem parentum peruenire non poſſint.*

catholicæ Eccleſiæ ſeparati: ne iis liceat alios ſibi hære-
des inſtituere, quã orthodoxos liberos, & cũ catholica
Eccleſia communionẽ habentes, aut liberis nõ exiſten-
tibus, maſculini fœmininíve ſexus cognatos, qui tamen
licet orthodoxi ſint. Sin verò (vt licet cõijcere) ex filiis
alij othodoxi ſint, & cum catholica Eccleſia commu-
nem habeant; alij ab hac ſeparati ſint: vt omnes paren-
tum facultates ad filios catholicos, & eos ſolos perue-
niant, ſancimus: etſi huiuſmodi perſonæ nouiſſimas
voluntates conficiant, contra tenorẽ huius noſtræ con-
ſtitutionis aliquid diſponentes. At ſi fratres, qui ab Ec-
cleſia ſeparati ſunt, poſtea ad eam reuertãtur: cõpetens
illis portio ea forma, qua inuenta fuerit reſtitutionis
tẽpore, his præbeatur: vt nullã de fructibus aut rerum
medij temporis adminiſtratione inquietudinẽ aut mo-
leſtiã ſuſtineant catholici, qui prius memoratas res de-
tinuerant: quia quemadmodũ earum rerũ, quæ ex par-
non communicantium fratrũ orthodoxi poſſeſſionem
nacti ſunt, alienationẽ prohibemus: ita & præteriti
temporum fructus & adminiſtrationẽ neutiquã ab his
qui earum cõpotes fuerũt, exigi retractarive iubemus.
Quod ſi ad finem vſque vitæ ſuæ in eodẽ errore hæ-
non communicant, perſeuerauerint: tunc orthodoxi
fratres aut hæredes, eorũ pleniſſimo iure dominij ea-
dem res poſſidere ſancimus. Sin verò omnes liberi

perſæ opinionis, & à communione catholicæ Eccleſiæ alieni inueniantur, alij autẽ qui genere proximi vel per maſculinũ, vel per fœmininũ ſunt ſexum, orthodoxam fidẽ colere, & cũ Eccleſia communionẽ habere approbētur: hi hæreticis præferantur liberis, & eorũ hæreditatẽ ſucceſſionis ordine ſuſcipiãt. At verò ſi & liberi & genere proximi agnati ſeu cognati ab orthodoxæ fidei communione peregrini exiſtant: tunc ſiquidẽ parentes ipſorũ inter clericos ordinẽ aliquẽ obtinuerint: vt res eorum ad eccleſiã ciuitatis, vbi domiciliũ habuerunt, pertineant, volumus; ita tamen, vt ſi Eccleſiaſtici intra anni ſpatiũ huiuſmodi perſonarũ res vẽdicare neglexerint, earum dominiũ noſtro vindicetur ærario. Si laici ſunt, ſine aliqua diſtinctione facultates eorũ conſimiliter ad ſacras res noſtras priuatas perueniãt. Quæ obtinere ſancimus & cũ ſine teſtamento tales perſonę moriuntur. Omnibus quæ tũ contra reliquos hæreticos, tum etiã contra Neſtorianos & Acephalos, & omnes alios, qui cũ catholica Eccleſia cõmunionem nõ habẽt, in qua prædicta quatuor ſancta concilia & reliqua, neq; nõ Patriarchæ referuntur, in cõſtitutionibus diſpoſita ſunt, conſimiliter & cõtra hæredes eorũ obſeruãdis. Nã ſi pro mundanis cauſis tam anxiè ſumus ſolliciti: quãto maiore cũ prouidẽtia cura adhibẽda eſt pro ſalute animarũ.

Porro ſi quis miretur Imperatorem hac ſua conſtitutione moriẽtibus quidẽ genitoribus liberis prouidiſſe; viuentibus autem nullam reliquiſſe prouidentiam, audiat, quid idem Imperator alibi de huiuſmodi parentibus ſanxerit [a]: Neceſſitatẽ (ait) imponimus talibus genitoribus orthodoxos liberos ſecundũ ſui patrimonij vitæ quantitatẽ, & omnia his præſtare, quæ ad quotidianæ vitæ conuerſationẽ ſufficiant: ſed & dotes pro filiabus & neptibus dare, & ante nuptias donationes pro filiis vel nepotibus præſcribere: in omni caſu ſecundum vires patrimonij huiuſmodi liberalitatibus æſtimãdis: ne propter diuini amoris electionẽ paterna vel materna ſint liberi prouiſione defraudati. omnibus videlicet, quę noſtræ cõſtitutiones de pœnis Paganorũ & Manichęorum, cæterorumq; hæreticorum iam conſtituerunt, ex hac noſtra lege confirmandis & in perpetuũ valituris.

a d. l. cognenimus.

 Bene-

*Beneficiati ſuperflua ſua in quóſvis vſus pios an diſpẽſare poſſunt.* CAP. XX.

VErùm licet clerici beneficiati ſuperflua in pios vſus debeant diſpenſare, tamen non aſtringuntur, vt magis in hos, vel in illos vſus diſpenſent, nec potius in fabricam, quàm in hoſpitalitatem peregrinorum vel pauperum, vel in captiuorum redemptionem, vel alia ſimilia pia opera; ſed ex illorum hoc pendet arbitrio, vt D. Thomas inquit[a]. Cumque per prædictam diuiſionem vna portio bonorum ſpecialiter deſtinata ſit clericis, vt ex illa ſuſtentarentur, eorum portioni nihil detrahendum videbatur, niſi auditis omnibus, quorum intereſſet, & cauſa cognita, eos abundare, & fabricam indigere oſtenderetur. At huius cauſæ cognitionem, & deciſionem non ſolius Archiepiſcopi, ſed ipſius, & maioris, ac ſanioris partis Capituli iudicio, & ſententiæ Pontifex cõmiſit[b]. Cùm ergo æquè ius competat pauperibus in bonis eccleſiaſticis, quàm fabricæ, eadem ratione, & lege etiam iuſtitiæ beneficiati tenentur, aut ſi recuſent, cogi poterunt ad corporalem refectionem, & ſuſtentationem pauperum, imò maior, iuſtior, & vrgentior eſt cauſa pauperum, quàm fabricæ, cùm omnia eccleſiarum bona ipſo iure egentium animarum cenſeantur eſſe tributa[c], & pauperum patrimonia[d], & in vſus pauperum collata ſunt, debentque per Epiſcopum, & clericos illis diſpenſari[e]. Hinc & D. Ambroſius[f]: Aurum, inquit, eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid eſt opus cuſtodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum auri, atque argenti de templo Domini Aſſyrij ſuſtulerunt? Nonne melius conflat ſacerdos pro alimonia pauperum, ſi aliqua ſubſidia deſunt, quàm ſi ſacrilegus contaminat, & aſportat hoſtis? Nonne dicturus eſt Dominus, cur paſſus es tot inopes fame mori? Certè habebas aurum, vnde miniſtraſſes alimoniam. Cur tot captiui in captiuitatem ducti, nec redempti ab hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat, vt vaſa viuentium ſeruares, quàm metallorum. His non poteris reſponſum referre: Quid enim dices? Timui ne templo Dei ornatus deeſſet? Reſpondet: Aurum ſacramenta

a quodlib. 6. art. 12.

b in d. c. fin. de his quę fi. à maiore parte capit. Sarmen. in d. loco.

*Beneficiati non minus pauperibus quàm fabricæ obligati ſunt.*

c c. tua nobis. de decim. c. decimæ. 16. q. 1. Auguſt. ſerm. 119. de temp.

d c. quia iuxta. 16. q. 1. Vrban. Papa in epiſt. nu. 2.

e c. in canonibus. 16. q. 1. Syn. Ro. 6. Gãgrea. can. 7. & 8. Thom. 2. 2. quæſt. 87. art. 1. 3. & 4. & quodlib. 6. art. 19. Nauar. in d. tract. quæſt. 1. nu. 24.

f lib. 2. offic. c. 28. & c. aurũ. 12. q. 2.

non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emun-
r. Ornatus ſacrorum, redemptio captiuorum eſt. Et *Ornatus ſacrorum redemptio captiuorũ eſt.*
ro illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à
orte: ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur,
uod ſanguis eius operatus eſt. Nemo poteſt di-
re; cur pauper viuit? Nemo poteſt queri, quia
aptiui redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia
emplum Dei eſt ædificatum. Nemo poteſt indignari,
quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata ſunt.
Nemo poteſt dolere, quia in ſepulchris Chriſtianorum
requies defunctorum eſt. In his tribus generibus vaſa *Quibus caſibus ſacra vaſa eccleſiæ alienare liceat.*
eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere
licet. Opus eſt vt de eccleſia myſtici poculi forma non
exeat; nec ad vſus nefarios ſacri calicis miniſterium
transferatur. Ideo primùm intra eccleſiam quæſita ſunt
vaſa, quæ initiata non eſſent, deinde comminuta:
poſtremò conflata per minutas erogationes diſpenſata
egentibus, captiuorumque pretiis profecerunt. Quodſi
ſint noua, & quæ nequaquam initiata videantur, & *a in epiſt. ad Nepotia. & in cap. gloria. 12. q. 2.*
huiuſmodi quos ſuprà dixi, vſus omnia arbitror piè
poſſe conuerti. Huc pertinet & illud D. Hieronymi [a]:
Gloria Epiſcopi eſt, pauperum opibus præuidere: igno- *Gloria Epiſcopi.*
minia ſacerdotis eſt, propriis ſtudere diuitiis. Natus in
paupere domo, & in tugurio ruſticano, qui vix milio, *Ignomia ſacerdotis.*
& cibario pane rugientem ventrem ſaturare poteram,
nunc ſimilam, & mella faſtidio. Multi ædificant parie-
tes, & columnas eccleſiæ ſubtrahunt; marmora nitent,
auro laquearia ſplendent, gemmis altare diſtinguitur,
& miniſtrorum Chriſti nulla eſt electio. Neque verò
mihi aliquis opponat diues in Iudæa templum, mẽſam,
lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, &
cætera ex auro fabricata. Tunc hæc probabantur à Do-
mino: quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſan-
guis pecudum erat remiſſio peccatorum: quanquam
hæc omnia præceſſerint in figura. Scriptum eſt autem
propter nos, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Nunc
verò cùm paupertatem domus ſuæ pauper dominus
dedicauit, portemus crucem, & delicias lutum pute-
mus. Amico rapere quippiam furtum eſt: eccleſiam
fraudare ſacrilegiũ eſt. Accepiſſe pauperibus erogandũ,

& eſurientibus plurimis, illud reſeruare vel cautum vel
timidum eſt: aut quod apertiſſimi ſceleris eſt, inde
aliquid ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem
a *Crates Thebanus.* ſuperat. Crates[a] ille Thebanus homo quondam ditiſ-
ſimus cùm ad philoſophãdum Athenas pergeret, ma-
gnum auri pondus abiecit; neque putauit ſe poſſe ſi-
mul virtutes, & diuitias ſimul poſſidere. Nos ſuffarcinati
auro Chriſtum pauperẽ ſequimur, & ſub prætextu elee-
moſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſu-
mus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timidè re-
ſeruamus? Plenus venter facilè de ieiuniis diſputat.
Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe lau-
dandum eſt. Item largitate etiam Epiſcopi ſtipendium
de rebus eccleſiæ clericis dare licet: cuius profeſſio
precariæ nomine fieri debet. Quocirca & ipſi ſummi
pontificium ſingularem ſuam erga pauperes demon-
ſtrans curam, & beneuolum affectum, inhibuerunt cleri
b *in c. adhæc. & c. relatum. de teſtam.* teſtamenti factionem, illis duntaxat permittendo[b], vt
in ægritudine ſua eleëmoſynas pauperibus, & religio-
ſis locis, & illis, qui ipſis ſeruierãt, iuxta ſeruitij merita
erogarent, & conferrent. Atq; hanc ſuã erga pauperes
beneuolentiam & ſolicitudinem SS. quoque Synodus
c *ſeſſ. 25. de reſor. cap. 1.* Tridentina demonſtrauit[c], vt ſupra à nobis dictum,
oſtenſum eſt. Nec minorem hac ſua cõſtitutione decla-
rauit Pius quintus Papa erga pauperes beneuolentiam.

*Facultatum teſtandi, & diſponendi de rebus eccleſiaſticis in illegitimos Pij Papæ V. reuocatio.*

CAP. XXI.

QVæ ordini eccleſiaſtico noxia eſſe, & ſcandala
obijcere perhibentur, neceſſe eſt è medio tol-
uere. Quod nos pro noſtri muneris officio
alia incommoda, quæ in oculos noſtros incurrunt,
*Cauendum ne Chriſti peculiũ ab indignis ignominiosè conſumatur.* Chriſti peculio, ne ab indignis & reiectis ignominiosè
cõſumatur, néve illorum cauſa eccleſiis, & pauperibus
præripiatur, curam præcipuã habere volentes, . . .
attributæ poteſtatis plenitudine reuocamus, & . . .
mus omnia, & quæcumq; priuilegia, licentias, . . .
ſationes, & indulta faciendi teſtamenta, donationes
ue inter viuos, ſiue cauſa mortis, legata, & quaſcum-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alias diſpoſitiones, de dominiis, terris, caſtris, domibus, & quibuſlibet aliis bonis, & rebus immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus; necnon pecuniis, iuribus & actionibus ex beneficiis, fructibus, penſionibus, & aliis rebus eccleſiaſticis qualibuſcumque cõfectis, acquiſitis, & aliàs quomodocumque prouenientibus, necnon de peculio, & aliis etiã ſola induſtria, labore, muneribus, aut quocumque alio modo partis, cuiuſcumque qualitatis, quãtitatis, ſpeciei, naturæ, & valoris exiſtentibus, in quoſcumq; illegitimos ſiue ſuos, ſiue extraneos etiã legitimatos, eoſdemque ex toto, vel in parte hæredes instituendi, & ſubſtituẽdi, ſeu quod ipſi in prædictis ab intestato ſuccedant, ceteraſque huiuſmodi facultates, & permiſſiones, ac etiã habilitationes, & capacitates ſuccedendi in bonis, & rebus feudalibus, & emphyteuticis, ab eccleſiis, monaſteriis, & piis locis profectis, quibuſcumque perſonis ſecularibus, & quorumcumque ordinum, necnõ militiarum, & hoſpitaliũ, regularibus, & Romanæ curiæ officialibus, & aliis curialibus, curiam ipſam ſequentibus, & etiã vrbis Romæ ciuibus, ac domicilia, ædes, cẽſus, aliaque bona in ea eiuſque diſtrictu habentibus, noſtris quoque & aliorũ Romanorum Pontificum familiaribus, eccleſiarum Prelatis, etiam ſanctę Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, & aliis cuiuſcumque dignitatis, ordinis, & cõditionis exiſtentibus, illorumque & aliis eccleſiis, Capitulis, conuentibus, ordinibus, militiis, hoſpitalibus, collegiis, officiis, & locis, ac prædictæ Vrbi, aliiſq; ciuitatibus, prouinciis, & dominiis, eorumque dominis, populis, ciuibus, & incolis, tam per felic. recor. Sixtũ 4. Innocentiũ 8. Alexandrũ 6. Iuliũ 2. Leonẽ 10. Clementẽ 7. Paulũ 3. Iuliũ 3. Paulũ 4. Piũ 4. & qui ante illos fuerũt, alios quoſcumq; Romanos Põtifices, ac nos, & Sedẽ Apoſtolicã, eiuſq; legatos etiã de latere, nũtios, notarios, comites, collegia, officia, & loca etiã per modũ ſtatuti perpetui, generalis legis, initi & ſtipulati cõtractus, ſeu quaſi, & aliàs ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibúsvis reſtitutiuis, & preſeruatiuis, mẽtis atteſtatiuis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam

*Peculium & alia quocũque modo parta illegitimis relinqui nõ poſſunt.*

motu

motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili pote-
tis plenitudine, ac prædictorũ Cardinalium conſilio &
matura deliberatione in conſiſtorio habita, nec con-
ſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam
Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, etiam ob
remunerationem laborum, & obſequiorum nobis &
dictæ Sedi impenſorum, refectionem damnorũ, com-
penſationem iurium ceſſorum, vel ablatorum, nec
militiæ contra hæreticos, & infideles, ſeu propria
Vrbis ornatu, & frequentatione, ac quibuſcumque
vſibus, ac etiam neceſſariis, & piis cauſis conceſſ. A
multiplicatis vicibus confirmata, innouata, exten-
& moderata, & quantocumque tempore pacifice
ſeruata, quoad eam partẽ, quæ illegitimos prædictos
tangit duntaxat, etiam ſi illa contineant, quod omnes
curiales curiã ſequentes, & alij ſiue eccleſiaſtici
Cardinales, ſiue mundani, qui palatia, domos,
dia vrbana, vel ruſtica ædificauerint, aut cenſus
bona acquiſiuerint, aut aliàs acquiſita habuerint in
cta Vrbe, & circum eam ad milliaria decem, ex bonis
ſeu fructibus eccleſiaſticis, hi tales de illis, necnon
ribus, & iuriſdictionibus omnibus, in fauorem illegiti-
morum, ac quomodolibet inhabilium, & incapacium
ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis diſponere, co-
redes, & ſucceſſores vniuerſales, vel particulares
tuere, & ſubſtituere, & ſi inteſtati deceſſerint, ipſi
gitimi, & incapaces in illis ſuccedere poſſint,
que per quaſcumque reuocationes, derogationes,
alias contrarias diſpoſitiones, illis quorum inter-
præiudicari nequeat, & ſi vllo vnquam tempore
iudicatum, aut derogatum quoquo modo appa-
ius quæſitum ablatum, & literæ reuocationum,
rogationum huiuſmodi iuris quæſiti ablatiuæ
tur. Sicque per quoſcumque iudices iudicari
etiam diffiniri.

*Adimitur legatis & aliis poteſtas concedendi facultatem teſtandi in illegitimis.*

Ac pariter tollimus, & abrogamus omnes,
cumque facultates ſimilia concedendi, Legatis,
tiis, Notariis, Comitibus, Collegiis, Officiis,
ſupradictis, quorum omnium tenores, ac ſi ad
inſererentur, habemus præſentibus pro expreſſis

priuilegiorum, diſpenſationum, facultatum, habilitationum, capacitatum, indultorum, & aliorum ſupradictorum ſic reuocatorum, aut etiam literarum, legitimationis prætextu, nullus omnino de huiuſmodi bonis, rebus, pecuniis, iuribus, iuriſdictionibus, & actionibus in commodum, & fauorem illegitimorum, vtriuſvis ſexus, ſiue eorum filiorum, ſiue conſanguineorum, affiniumvè, ſiue extraneorum, etiam in ſtatu ſeculari procreatorum, ac legitimitati quacumque auctoritate donatorum, & ad huiuſmodi res, & bona, quæque ſucceſſionē, teſtato, vel inteſtato idoneorum, & capacium effectorum, ſiue teſtamento, ſiue donatione, ſiue legato, ſiue eleēmoſyna, ſiue alio quocumque titulo, & pio opere (exceptis in communi, ac omni fraude, conuentione, ſeu compoſitione ceſſante hoſpitalibus expoſitorum, & orphanorum) diſponere, nec illegitimi ipſi in eis ab inteſtato, ſiue protinus, ſiue per interpoſitas perſonas, ac quomodocumque ſuccedere, nulla aliàs ad eos etiam per quemcumque circuitum multiplicatarū in alios capaces ſucceſſionum, vllo tempore deuenire poſſint.

Adhæc nulla eſſe, & pro infectis haberi volumus omnia, & quæcumque facta hucuſque teſtamenta, legata, donationes, & alia diſpoſita huiuſmodi, quæ viuentibus adhuc teſtatoribus, aut aliàs locum non habuerunt; ac pariter ab inteſtato ſucceſſiones, non tamen litigioſas, quæ plenarium non ſunt effectū ſortitæ.

*Irritantur teſtamenta, legata & aliæ diſpoſitiones pro illegitimis facta, quorū teſtatores adhuc viuunt.*

Dehinc verò diſtrictius prohibemus, ne talia ſiue in prædictos illegitimos vtriuſlibet ſexus, ſiue in illorum coniuges, ſiue ipſorum parentes, filios, deſcendentes, aſcendentes, vel alios cognatos, ſiue viuentibus, ſiue defunctis ipſis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cuiuſcumque pij operis intuitu fiant; nēve ipſi vnquam in rebus, bonis, pecuniis, iuribus, iuriſdictionibus, & actionibus prædictis, ſiue totis, ſiue in parte ſuccedant, aut illa ad ipſos quàvis diſpenſatione ſuffultos etiam per prædictum circuitum deueniant, neve de eis vlla in alium ſeu alios conceſſio, donatio, tranſlatio, aliáve diſpoſitio fiat, vt alia bona ſimilia, vel diſſimilia illegitimis, aut aliis ſupradictis cōcedantur.

*Nullis perſonis illegitimorum intuitu & reſpectu aliquid relinqui poteſt.*

Quodſi

*Pœna tranſgreſſoris huius conſtitutionis.*

Quodſi prædictorum quiſquam fuerit præſentium
violator, teſtamentum, donatio, legatum, & diſpoſi-
tio omnino non teneat, nec etiam quoad alios quos-
& res alias valeat, ſicque diſponens priuilegio, diſpen-
ſatione, facultate, & indulto prædicto, eiusque vi &
commodo, etiam in cæteris omnibus ipſo ſit iure pri-
uatus. Nemo quātúmvis capax, illius prætextu fructus,
res, pecunias, aut prorſus alia bona ſua faciat, nec
detinens vlla præſcriptione, aut vllo alio iuris præſi-
dio adiuuetur; ſed ad integram illorum reſtitutionem,
quocumque temporis lapſu non obſtante, debeat compelli.

*Cōceditur ſucceſſoribus in beneficiis authoritas & facultas reuocandi omnia quæ à prædeceſſore ſuo relicta ſunt pro illegitimis.*

ceri. Ita vt omnes in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis
ſucceſſores, tam coniunctim, quàm diuiſim, quibus
videlicet pro rata parte ſua, illa omni tempore recupe-
rare poſſint, & qui primus, cæteris ab eo moniti &
negligentibus, iudicium intenderit, ei ſoli res eo me-
rito vendicetur. Nullis verò huiuſmodi ſucceſſoribus
pro prædictis inſiſtentibus, ac etiam de peculio alio
quàm ex rebus eccleſiaſticis confecto, locorum ordina-
rij tam conceſſorum, & relictorum illegitimis, eorum-
ve cauſa, quàm quorumcumque aliorum bonorum
immobilium, mobilium, & ſe mouentium, nomine
pecuniarum, fructuum, rerum, & iurium, aliàs dictis
ctis teſtamentis, donationibus, legatis, & diſpoſitio-
nibus comprehenſorum, corporalē poſſeſſionem amo-
tis inde & expulſis quibuſcūque detentoribus, ſiue in-
capacibus, ſiue capacibus, per ſe vel alium, ſeu alios
liberè apprehendant, & apprehenſam huius Sedis no-
mine cuſtodiant, donec ipſa Sedes de illis, vti ei vi-
lerit piorum operum neceſſitas, duxerit prouidendum.

*Beneficiatis ſine legitimo hærede decedentibus, ad quem eorum deuoluantur bona.*

*a c. 1. de ſucceſſio. ab inteſtato.*

Bona verò, res, & iura feudalia, vel emphyteutica
(aliis legitimis ad ea fortè vocatis non exiſtentibus)
ipſo deuoluta, & iuri ac proprietati ſuarū eccleſiarum
& locorum reſtituta, & cum reliquis eorum bonis con-
ſolidata eſſe declaramus[a]. Decernentes irritum &
inane quicquid ſecus per quoſcumque ſcienter vel igno-
ranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitu-
tionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis &
conſuetudinibus eccleſiarum, Capitulorum, conuen-
tuum, ordinum, militiarum, hoſpitalium, vel alio-

pro-

rouinciarum, collegiorum, etiam Cardinalium, & officiorum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia communitis, & in conſiſtorio prædicto ſeu conclaui habitis, aliisq; priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus, illis eorumque & aliis, quibuſcumque perſonis, cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam ſuprædictis fortioribus, ac etiã diſponentibus, quod prædicta per quaſcumque literas nũquam, aut ſine conſenſu illorum, quorum intereſt reuocata, aut ſublata intelligantur, & aliàs cuiuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, aut omnino non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus ad verbum habenda eſſet noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia quatenus prædictis aduerſentur, illorúmve executionem diſturbare poſſint, viribus prorſus, & effectu carere decernimus, cęteriſque contrariis quibuſcũque. Quia verò difficile nimis eſſet præſentes quocumque ubi opus erit, perferre, volumus vt earum exempla etiam impreſſa, Notarij publici manu, & perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, eiúſve curiæ ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem, in iudicio, & extra illud, vbique gẽtium faciant, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.

SPE-